audietis iuxta oīa: quecūqꝫ locut᷒ fuerit vobis. Erit auteꝫ
oīs aīa q̄ nō audiuerit ꝓphetā illuꝫ de plebe extermiabitur
Capi. quoqꝫ. vij. aiunt. moyſes q dixit filijs iſrl̄: prophetam
ſuſcitabit vobis dn̄s de frib᷒ vr̄is; tanq̄ꝫ me ipm̄ audietis.
Qḋ aūt ipe ⁊ſi hūana: ſicꝫ ꝓphetatuꝫ fuit: apparuerit forma
in ſe diuinitatē haberet; q̄ꝫuis ꝑ cuncta teſtificet̄ euāgelia
volo tn̄ vt ſaltē vna ꝓuati n̄ ſitis. ¶ Que a vero euāgeliſta — Iohannes
iohāne. cap. xiiij. hr̄. aſſerit. n. ꝙ cuꝫ vn᷒ ḋ diſcipul' philipp᷒

nomine. vt oſtenderet eis patrē: ieſum interrogaret. reſpondit ei. Tanto tpe vobiſcum ſū: ꝛ non cognouiſtis me philippe. qui videt me: videt ꝛ patrē. quomō tu dicis. oſtende nobis patrē. nō credis quia ego in patre: ꝛ pater in me eſt. verba que ego loquor vobis a meipſo nō loquor. pater autem in me manens ipſe facit opera. Ipſum preterea dei nomine cuncta dixiſſe dictaqꝫ eueniſſe dubitare fatuū eſt: per quod interficiendum nō fuiſſe. ſed tanqꝫ verū ꝓphetaꝫ hic ꝓmiſſum recipiendum: queadmodum ſigna in ꝓphetia aſſignata nos docent: indubitate concludendum eſt. Pres aūt veſtri ꝓphetiaꝫ non intelligentes. quā plurimiqꝫ precipue principaliores ipſam intelligere nolentes. chriſtū ihesū in falſū prophetam: ipſum interficiendo: iudicauere: quo quidem peccato ex dei vltione depopulatione vaſtati eſtis: in capiteqꝫ tranſmigrantium migraſtis. Nolite igitur ꝛ vos illa perfidia adhuc ꝓ malo veſtro perſeuerare. ſed veritati ꝓ bono aſſentiri: quod deus ſua pietate vobis concedere non dedignetur.

Prophetia tertia

Hebrea littera. Saias qui plus ceteris prophetis de meſſya predicauit capitulo. vij. inqt. Hinne habal ma hara veioledet ben vecarat ſcemo bimanuel. hēma vduaſc iochel ledahato maos barah vbahor hattou chi beterē iedah hānahar maos barah vbahor batou tehazeu haadama aſcier atta caꝫ mippene

Latina littera. ſcene melacheba. Latine. Ecce halma concipit: ꝛ parit filium. ꝛ vocabit nomen eius hemmanuelem: butirū ꝛ mel cōmedet. ſciens reprobare malū: ꝛ eligere bonum. quia antequā ſciat puer reprobare malū ꝛ eligere bonum: derelinquetur terra quā tu deteſtaris a facie duorum ſuorum re-

Judeoꝝ expoſitio. gum. Hec ꝓphetia cū ſup re acaꝫ duobus cum regibus raſi. ſ. et phacee ꝓlata ſit a doctoribus veſtris: vt a vero

detrahat intellectui: ſũmopere laborat. ⁊ q̄uis in aliqb⁹ co acti veritati adhereāt: q̄tum eorum intētū cōſequi poſſint per preſentē pceſſū deo volente vobis aperietur. ¶ Expo- nitur nanq̄ a rabi ſalomone pro eſaie filio ex quadā iuuen- cula: quā in vxorē acceperat naſcituro. de quo ſcripturam infra teſtificari dicit per verba illa. ⁊ acceſſi ad pphetiſſam ⁊ cōcepit: ⁊ peperit filium. Aptat eni ipſe pphetiā quaſi ſic ſonaret. Ecce puella vxor mea cōcipiet pſiti anno qui ē q̄r tus regni acaz et pariet filium: et ſpūſſanctus qui ſupueniet in ea: vocabit nomen eius hemanuelem: vt denotet quo- niam fortis noſter nobiſcum erit. Hoc quoq̄ ſignum a p pheta datum eſſe dicit. Erat enim puella que in vita ſua nū quā pphetauit: et hac de cauſa: ſpūſſanctus ſupueniet i ea Quāobrem infra: et acceſſi ad pphetiſſam: propheta inq̄t. Nuſq̄ enim pphete vxorem: niſi pphetauerit: pphetiſſa nuncupari inuenimus. Per clauſulā vero illā: butirum et mel comedet prophetam innuere voluiſſe ait. puerum hūc eo tpe quo terra ſua erit omni bono plena naſcendum eſſe quod quidē bonum erit quando reprobare malū et eligere bonum ſciet. vnde autē bonum hoc euenerit: terra duorū regum obſeſſione deſerta exiſtente: cauſam aſſignans ſub- dit: quia antequā ſciat puer reprobare malum: et eligere bo num terrā acaz: ⁊ terra face a ſuis habitatoribus derelinq̄- tur: eritq̄ a facie duorum ſuorum regum raſi. ſ. ⁊ face deſo lata. eodem enim anno aſſiriorum rex ab acaz vocatus: vt libero regum habet: cōtra raſim damaſcum aſcendit: quem interfecit: populumq̄ ſuum cyrū captiū duxit: quo etia an- no oſeas filius ela cōtra phaceā romelie filium coniurauit: ⁊ inſidias tetendit: ipſumq̄ percuſſit: interfecitq̄ anno reg ni iothā. xx. qui regni acaz quartus erat. pro cuius expoſiti onis confirmatiōe verba ſubſequētis capituli. videlicet. et acceſſi ad prophetiſſā ⁊ cōcepit: et peperit filium. ⁊ reliqua

Rabi ſalomon.

Rabi ſalomon ſic exponit. concepit ⁊ peperit filiũ illum. ſcȝ quem ꝓphetiſſa emanuelem vocauerat: vt deus in ezechie auxilium eẽt. Pater autẽ eſaias accelera ſpolia detrahe. feſtina predare nomen eius nuncupauit: quod fecit: vt puni-tionem que ſuꝑ raſi ⁊ romelie filio; regnum domus dauid euellere cupientibus: de ꝓximo ventura erat: denotaret q̃-rum vna ſcȝ raſis: vt dictum eſt ꝑ manus aſſirioꝝ regis eodem anno venit. alteram vero ſic fuiſſe ait. Nã poſtq̃ȝ ab oſea phaceas interfectus fuit: contra oſeam ipſum ſalman-daſar aſſyrioruȝ rex aſcendit. cuiꝰ ſeruus ac tributarius oſe-as effectus ẽ: ſpoliaq̃ȝ q̃ plurima a ſamaria ſecum traxit: q̃re ſcripturaȝ ſubdidiſſe ait. quia antequã ſciat puer vocare pa-trẽ ſuum: ⁊ matrẽ ſuam auferet̃ fortitudo damaſci: ⁊ ſpolia ſammarie coram rege aſſirioꝝ que omnia anno regni acaz quarto fuiſſe aſſerit.

Cõfutatõ ipoꝝ

¶ Quantum autem: preterq̃ȝ terminorum accomodati-one: verba huius rabi veritati conſona ſint. ſibiq̃ȝ inuicem correſpondeant: recte conſideranti facillime patere poteſt nam id quod de Eſaie vxore filioq̃ȝ ex ea naſcituro dicit: quemadmodũ rabi dauid ait: conſonum rationi non eſt. ſi enim de ꝓphete vxore ſcriptura locuta eẽt. ¶ Ecce prophe-tiſſa ſicut et infra capitulo. viij. ⁊ acceſſi ad prophetiſſã: nõ autem halma dixiſſet. cumq̃ȝ etiam eodeȝ capitulo de hema-manuele iterum mentio fit: cum dicitur. et erit extentio ala-rum eius plenitudo latitudinis terre tue hemanuel: de filio prophete intelligi minime poteſt. Non enim terra iude ab eſaie filio dominabatur. Quodq̃ȝ ſignum acaz ꝑ prophetaȝ datum: aduentus ſpiritusſancti in eſaie vxorem fuerit: pro-ut ipſe aſſerit: a veritate nempe longinquum eſt. Nam di-cente propheta ad acaz: pete tibi ſignum in profundum in-ferni. ſiue in excelſum ſupra: dando poſtmodum ipſe illi ſig

mum non dubitatur ꝙ ſimile huic minimum non dediſſet. Deniqꝫ cum ſeder olam auctoritate probare nititur: regni acaz anno quarto omnia predicta conſumata fuiſſe: inuanū laborat. Non enim poteſt id per hiſtorias ſacre ſcripture ꝓbare. cum ex eo nulla in eis mentio fiat. et quāuis de raſys per aſſyriorum regem deſtructione: que vt hiſtorie narrant immediate poſt ſecuta eſt dictum ſuum locum haberet. nullum tamen de phacee fundamentum habet veritatis. Naꝫ phacea ab oſea interfecto: ipſius oſee regnum rationabiliter incohare debuit. Quarto autem reguꝫ. decimoſeptimo inuenitur ipſuꝫ duodecimo regni acaz regnare cepiſſe. vnde id quarto anno acaz: prout ipſe affirmat eſſe non potuit ⁊ quum ex ſammarie ſpolijs hoc confirmare vult: aſſerens illam quarto regni acaz expoliatam eſſe: abſqꝫ dubio nihil dicit. Dictum enim ſuuꝫ ab hiſtorijs non parum diſcrepat que ſummariā nono regni oſee expoliatam fuiſſe narrant. qui quidem annus. vt Reguꝫ quarto habetur capitulo decimo octauo. quartus ezechie regni fuit. illo autem interim oſeas tributarius ſalmandaſar tantummodo fuit.

Aliquoꝝ expoſitio.

¶ Recitat inſuper rabi Salomon aliquorum opinionem dicentiuꝫ prophetiam pro ezachia filio acaz dictam fuiſſe. quam quidem reprobat: aſſerens ezechiam antequam regnare cepiſſet fuiſſe etatis annorum nouem: quod ex regum quarto hoc modo colligit. Nam acaz annis regnauit ſedecim. Ezechias vero cum regnare cepit etatis annorum vigintiquinqꝫ erat. Hec autem ratio. et ſi horum opinio vera non ſit: ad ipſam confutandum ſufficiens non eſt. Sequitur enim ex ea hoc impoſſibile ꝙ acaz etatis annorum vndecim ezechiam generaſſet. Nā vt regū q̄rto habetur etatis annoꝝ viginti acaz regnare cepit. anniſqꝫ ſedecim in regno ꝑmāſit ex quibus ſuā vitā trigeſimūſextum annū non pertranſiſſe

colligiť. ⁊ ezechia: vt ibidem habeť annorum viginti quinqꝫ regnare cepit. vnde vt ſcripture verificentur ezechiam poſt mortem patris antequã regnare cepiſſet: aliquibus ſtetiſſe annis dicere cõuenientius eſt. Et pro opinionis illorum cõfutatione ſufficere dico ezechiam tpe quo prophetia dicta fuit natum eẽ illorumqꝫ regum deſtructiõis tempore etate pfecta exiſtere: qua reprobare malũ ⁊ eligere bonum: abſqꝫ dubio ſciebat. qꝺ ex eo quia vigeſimoquinto anno regnare cepit: ſatis patet. quapropter ꝓphetia de ipſo loqui minime poteſt. ¶ Habetis inſuper ſuper hac prophetia rabi

Rabi dauid

dauid expoſitionẽ qui verum eius ſenſum ſepelire cupiẽs dicit dictionẽ illã halmã virginem: ſicut xpiani volunt minime ſignificare. ſed puellam ſeu virgo ſeu corrupta ſit pro quo ſalomonis verba prouerbiorum. xxx. exẽplo ducit. dicentia dereh geuer behalma. que viam viri in adoleſcentia latina traductione ſonant. vbi halma pro corrupta intelligi dicit. puer quoqꝫ paucoꝝ annoꝝ helem nuncupatur. habemus eni ben mi ze halelẽ. latine cuius filius ſit iſte adoleſcens. Samuelis. xvij. cũ ergo puella paucoꝝ annoꝝ hec eſſet. ideo ipſam halma nomine propheta vocauit. quam qdem adoleſcẽtulã vxorẽ fuiſſe acaz rabi dauid affirmat. nõ autẽ eſaye ꝑ rationes ſupra cõtra rabi ſalomonem allegataſ vnde hanc ſequẽs opinionẽ: dictionẽ illã: hara: latine concipit: pro preſenti tpe accipit: ac ſi diceret: ecce puella hec nunc pregnans pariet filium: ⁊ vocabit nomen eius ipſamet hemanuelem. erat enim ipſorum mos vt matres nomina filijs imponerent. dicitqꝫ: ⁊ vocabit imperatiue. nam propheta imperabat ei. vt nomen eius ſic vocaret: quoniam a die natalis eius pax dñi vobiſcũ erit. ſignum autẽ acaz datum hoc erit: quia butirũ: et mel comedet: quaſi dicat ꝙ immediate natus ſua ſcientia butirum ⁊ mel comedet: omneqꝫ dulce in eius os approximatũ libenti animo aperto ore ac-

cipiet. ſi vero cibus malus erit:ipſum abhorrebit:oſqꝫ ſuuꝫ
claudet et repellet eum quo mō dictionem illam ledabato:
latine ſciens ⁊ ſuperiori particule:⁊ ſubſequēti ſeruire dicit
butirū.n.⁊ mel comedet:quia ſciet:reprobabitqꝫ malum:et
eliget bonum:ſimiliter quia ſciet. ¶ Hunc autem puerum
ezechiam fore inquit:dicere minime poſſumus. cuꝫ ipſe pa
tre regnare incoante:etatis annorum nouem eſſet:prophe
tiaqꝫ illo regnante prolata fuerit. nec puella mater fuit eze-
chie:cum ipſa tempore quo prophetia dicta fuit:puella nō
eſſet. Sed adulta. Chriſtianis autem qui pro maria:et ihe
ſu ꝓphetiā dictā fuiſſe volūt. cū ipſi⁹ ꝓphetie ꝓpoſito ſeu
materia reſpondendum eſt. timebat enim acaz hieruſalē ab
illis duobus regibus contra ipſum venientibus captioneꝫ.
prophetaqꝫ id non euenire ſibi pronunciauit. d̄ quo:vt ver
bis ſuis fidem preſtaret:ei ſignum dedit. Si igitur rem quā
ipſi dicunt:illud ſignum denotaret. cum poſt ſe quadrigen
tis annis:⁊ vltra appariturum eēt. quid ad propoſituꝫ me-
roris acaz valuiſſet. quo modoqꝫ ex eo confortari poterat.
¶ Particulam tamen illam:quia antequam ſciat puer repro
bare malum:et eligere bonum:patris auctoritate ¶ Sic ex Pater rabi da
ponit. ſcilicet ꝙ antequā datum ſignuꝫ appareat: reges iſti uid.
a te recedent:derelinquetur enim terra iſrahel a facie ipſo
rum. quia ab ea receſſuri erunt:⁊ ne ipſorum reuerſionē ci
uitatiſqꝫ captionem poſt illud timeret:propheta illi ſignum
dedit. vt in inſtanti:quo ſignum in puero verificatum vide
ret:tutus eſſet:ac certus ꝙ quemadmodum ſignum hoc:
de ipſorum:ante pueri natiuitatem receſſu verificatum vi-
dit:ſic etiam ꝙ nunquā ipſi hieruſalem caperēt:verificarēt
dixit autem notanter a facie duorum ſuorum regum : cum
illi hieruſalem reges non eſſent:Sed damaſci:et ſammarie
quoniā ipſius reges ſe eſſe propoſuerunt. qua quidem ex-

Approbatio pa
tris
Confutatio ra-
bi dauid.

poſitione pater rabi dauid catholice locutus eſt. ¶ Ipſe
autem expoſitione ſua praue ⁊ doloſe ꝓcedit. Nam cōtra
primā eius partem cuncta loca: quibus in ſacra ſcriptura:
hic terminus halma reperitur: inſurgunt. quem nunquam:
niſi virginibus impoſitum fuiſſe inuenimus. dicitur eni Ge
neſi. xxiiij. pro ribecha: Seruo abrahe apud fontez orante:
vehaieda hahalma haiozet liſcou. Latine. et erit puella: q̃
egredietur ad auriendā aquam. quam quidem virginez eē
ꝑ ipſammet ſcripturam habemus: de ea paulo ante dicētē
puella decora nimis virgoqꝫ pulcherrima: et incognita vi-
ro: ⁊ ꝑ cōpotum a doctoribus veſtris factum: ipſam etatis
annorū quattuor: tunc fuiſſe ſcitis. Exodi quoqꝫ ſecundo
ſuper moyſi ſorore: dictum inuenitur: vatheleth hahalma
vatticra et em haialed. Latine. ⁊ perrexit puella: ⁊ voca-
uit matrem pueri. quā etiā virginem paucorū annorum eē
vos nō latere ſcio. Non enim a matre ſua ſic ſola loco illo
aliter derelicta fuiſſet. inuenimus inſuper terminū hūc: quē
admodū ipſe rabi dauid exemplo ducit: adoleſcētulo virgi-
ni imponi: regum primo capitulo. xvij. ben mi ze hahelem.
Latine. Filius cuius eſt iſte adoleſcens: ſaulo de dauid
abner interrogantem: qui talis erat etatis: vt pater inuncti
onis hora ſamueli viſis alijs fratribus: an alios haberet fi-
lios interrogāti: adhuc reliquus eſt paruulus: de eo reſpō
deret. Ad ꝓuerbiorum aūt exemplū ꝑ ipſū allegatū: q̄uis
verba ſalomonis ibi aliud q̄ꝫ littera oſtēdit ſignificare intē
dant. ne tamē a ſenſu littere: vt pollicitus ſum recedere vi-
dear dico: ꝓut vos non latet: dictionē illā duplicē ſignifica
tū loco illo habere poſſe. Nam ⁊ ꝓ mundo ⁊ pro adoleſcē
tula indifferenter ſtat. Cum ergo ſalomon pro aliquo ſecre
to intento: vnicuiqꝫ illoꝝ triū ſuū naturalē locū: ibi aſſigna-
re videaī aquile. ſ. celū: colubri vero petram: ⁊ naui mediū

maris. ſic et homini tāq̃ ſuū naturalē locū aſſignauit mundū q̄d de terra intelligitur. Quāobrem beat⁹ hieronimus in adoleſcentia tranſtulit. ſed dato ꝙ ꝓ puella ſeu adoleſcētula id dixerit. cui dubiū ꝙ magis de virgine q̄ȝ de corrupta intelligi debeat: cū ſemꝑ vt viſum ē talis terminus in ſacra ſcriptura; tantuȝ virginibus attribuat. Ex modo quoqȝ ſacre ſcripture loquendi ſuꝑ ribecha balmain virginē proprie ſignificare colligit. Ter enim de ipa loco illo mētioneȝ fieri videmus. Nam ſeruo abrahe iuxta puteū orante inqt Igitur puella cui dixero: inclina hidriā tuam: vt bibam. vbi nahara noīe ipſam appellauit. ea deinde ad puteū veniēte. et nahara. i. puella ⁊ betula. i. virgo a ſacra ſcriptura nuncupatur; dicente; vehanahara touat marre meod betula veiſc lo iedaha. Latine. puella decora nimis virgo ⁊ incognita viro. Deniqȝ ſeruo ipſo parētibus ribeche hiſtoriā recitante; ipſam halmam nomine vocauit: cum dixit. vehaia hahalma haiozet liſcou. Latine; et erit virgo que egredieť ad auriendam aquam. Cum igitur hoc nomine halme ipſā vltimo appellet ꝙ in eo: et nahara; et betula includantur: neceſſario ſequi videtur: precipue cum nomina hec quodā modo ſynonima apud hebraicā linguaȝ dici poſſint. Sicut enim nomen betule illico violata amittit. ſic ⁊ duo alia nahara ſcȝ et halma; nomina amittere videť. ⁊ cōfirmať ratio hec: q2 nō videť ꝙ nomē hoc betula; magis ꝓprie q̄ȝ duo alia nomina; nahara. ſ. et halma; virginē ſignificet. Poſtq̄ȝ eni noīe betule ſacra ſcriptura ribechā vocauit: ⁊ incognita viro īmediate ſeqť. ſi ergo betula v̄ginē ſignificaret ꝓpe clauſula illa; et incognita viro; ſupflua fuiſſet; et ſacrā ſcripturā nugatoꝝ facere videreť q̄d ē abſurdū dicere; et hinc eſt ꝙ aliq rabi vr̄i dicūt ſignū i ꝓphetia datū halme ꝯceptoꝝ; q̄d qdem nature repugnat fuiſſe. Hāc inſuper halmam ab.

alijs priuilegiatam eſſe ſcriptura innuit. ipſam enim in anti-
qs veſtris codicibus: aliter alijs: tabamin ſignatam reperi.
duo enim et prima. ſ. littera vnum et vltima aliud tabamin
habet. ex quibus ſic clauditur: vt ipſaꝫ ſemper clauſaꝫ ⁊ vir
ginem eſſe demonſtrarent. alterum quoqꝫ iſtorum tabamin
reuiah nuncupatum contra regulam hic poſitum inuenitur
Scutis enim tabam id ex ſui proprietate puncti virtutem
habere: ita ꝙ ea dictione qua ponitur legentē firmari cogit
cum autem de virtute ſermonis ſic eſſe non deberet ꝙ a-
pud halmam punctus poneretur: non dubitatur quoniā vt
firmam ſemperqꝫ immaculatam virginem per ipſam osten-
deret. illud ſacra ſcriptura fecerit. Quamobrem a ſeptuagi
ta doctiſſimis interpretibus merito virgo tranſlatum fuit.
❡ Ad ſecundam vero partem cum rabi dauid ait. Puel-
lam hanc vxoreꝫ fuiſſe acaꝫ. dico ꝙ pro hoc. ecce vxor tua
ſeu ecce regina: ⁊ non ecce habalma ꝓpheta dixiſſet. Pro
verificatione inſuper ſui dicti ſuper ea dictione cōcipit: quā
pro preſenti accipit tempore: ecce halma iſta pregnans: ꝓ-
pheta dicere debuiſſet. de filio ꝗqꝫ illo tunc naſcituro poſt
ſuam natiuitatem mentionē feciſſet. ꝙ ſi infra capitulo. viij
prout ipſe ait: de eo memoriam fieri dicetis: ex ea parte: et
erit extenſio alarum eius: implens latitudineꝫ terre tue he
manuel: ⁊ ex illa paulopoſt clauſula dicente: quia nobiſcuꝫ
deus: hebraice chi hemanuel. dico ꝙ quāuis de eodeꝫ he
manuele: de quo hic loquitur: ibi ſcriptura intelligat: cuius
cauſa domus dauid euellenda: nec hieruſalem deſtruenda
erat: non tamen de filio illo tunc nato. ſicut ipſe ait. verifica
ri poteſt: non enim hieruſalem: ⁊ ezechiam de manu aſſyrio
rum regis per aliud quā propter dei zelum: et propter da-
uid, ab eſaya tutos fieri videmus. ſcriptura ibi dicente. pro
tegam vrbem hanc: ⁊ ſaluabo eam propter me: ⁊ propter

dauid ſeruum meum. ex quo ſequitur ꝙ non propter filiuꝫ illum tunc natum: id eſſe debebat. Cumqꝫ etiam dicit ꝙ a die natalis eius erit pax domini cum eis. dictum iſtud pro tempore illo verificari minime poteſt. nunquã enim ab eo tempore vſqꝫ ad iude captiuationem: que vt quarto reguꝫ colligitur. parum poſt ſecuta eſt abſqꝫ tribulatione permanſerunt. Demum peruerſioni prophetie a vero ſenſu rabi dauid ſic vacauit: vt ſignum per prophetam in ipſa datum quia butirum: ⁊ mel comederet: fore dicere deduceretur: quod ſignum conſiderato prophete loquendi modo dicentis. pete tibi ſignum a domino deo tuo in profundum inferni: ſiue in excelſum ſupra: abſqꝫ dubio nullum eſſet. Non enim veriſimile videtur: pro tali minimo ſigno: prophetam tanta dixiſſe: ſue autem contra chriſtianos rationi: per veram infra dicendam expoſitionem: vt recte intelligenti patebit: ſufficienter reſpondetur. ipſum quoqꝫ in reſiduo prophetie cũ chriſto iheſu ⁊ veritate: quãuis non voluntarie loqui maniſeſtabitur. Eſt et inſuper veſtrorum quorundam opinio: quemadmodum rabi ſalomon teſtatur proprium ſignum ĩ prophetia datum eſſe halme conceptionem quam quidem ipſe approbat dicens hac cum opinione veritatem exiſtere.

¶ Ego quidem vt ad veram prophetie expoſitionem pergam: quedam vobis preponere habeo. quibus vna cum ꝓceſſus prophetie conſideratione: bona que promiſi: dei auxilio exoluam. Certum eſt enim ꝙ ſignum datam acaz: ꝓmiſſioni ſibi facte de illorum duorum reguꝫ a ſe receſſu rationabiliter correſpondere debuiſſet. hoc eſt ꝙ apparente ſigno: reges ab eo recedere deberent: quo fundamento nititur rabi dauid contra chriſtianos venire. Id auteꝫ nec ipſe: nec alij veſtri recte aptare poſſunt. cum: quemadmoduꝫ ex verbis patris rabi dauid habetur: ſignum tunc apparitu

Catholica expoſitio.

rum nõ eſſet:immo ꝑ illorũ duorum regũ receſſũ: debebat
acaz de myſterio in ꝓphetia contento certitudinez habere.
Sicut.n.dictũ illud de receſſu regum verificatũ videbat.
Sic ꝙ myſterium in ꝓphetia contentum:omnino verifica-
ret.certus eſſet:et ſi myſterium illud:regum receſſus:cau-
ſa eſſe debebat. Terminum quoqꝫ hunc halmã mulieri cor-
rupte:ſicut viſum eſt:nunqꝫ in ſacra ſcriptura imponi cõce-
di debet. Et per rationes ſupra dictas halmã virginẽ pro-
prie ſignificare:necnon et iſtam halmã predicto priuilegio
ab alijs priuilegiatam eẽ. Et ꝙ miraculoſum ſignum ꝑ pro
phetiam datuz. ſit magnum myſterium cõceptionis halme:
ꝓut veſtri dicũt: ⁊ de ſpirituſancto:pro q̃ vocabit nomẽ ei⁹
emanuelem.i.nobiſcum deus.ſicut rabi ſalomõ ait.ipſa bea
ta cognoſcente in ſe diuinitatem humanitati coniunctã cõ-
tinere.demũ cum hiſtoria hec de horum duorum regũ cõ-
tra acaz aduentu regũ quarto capitulo.xvij.prius recitata
ſit.vbi nulla de tali myſterio memoria habetur:reiteratõnẽ
hanc hac cũ addictione:hic nõ niſi huius myſterij cauſa ab
eſaia fieri credendũ eſt. Quibus ſtantibus dico: quemad-
modum ex prophetie verbis apparet:illorum duoꝝ reguz
intentionẽ fuiſſe domũ dauid ꝓrſus euellere: propheta di-
cente eo ꝙ cõſiliũ inierit cõtra te ſiria in malũ:⁊ effraim:et
filius rnmelie dicẽtes.aſcendamus ad iudã:et ſuſcitem⁹ eũ
et euellemus eum ad nos:et ponamus regem in medio ei⁹
filium tabal.quod cum dei voluntas non eſſet; eo quia de
ſemine illo chriſtus iheſus oriturus erat. licet acaz ſua in-
credulitate ad deum recurſum habere noluiſſet.voluit de-
us ipſe ꝙ ab illis regibus nõ deſtrueretur ipſum certificare
quare inquit:noli timere:⁊ cor tuum non formidet:a dua-
bus caudis thitionũ ⁊ reliqua. Nam contra te mea ex vo
luntate vim non habebunt.⁊ vos quidẽ non ignorare ſcio

dictiones illas: ben tabal. ꝓut etiam rabi ſalomon ait ſcd̃m earum propriam ethimologiam: filiũ nõ bonum ſignificare. hebraice enim ben. latine filius. tab vero bonus. al equidẽ non. vnde ben tab al hebraice. idem latine ſignificant ꝙ filium non bonum. quia ergo deus glorioſus filium ſuuz ibe ſuz qui eſt omne bonum eternum regem in hieruſalem ponere intendebat. de quo ad eundem propoſitum infra capitulo. viij. ꝓpheta iterum mentionem faciens inqt. paruuluſ enim natus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis: ⁊ factus eſt principatus ſup humerum eius: ⁊ vocabitur nomen eiꝰ admirabilis conſillarius: deus fortis: pater eternus: princeps pacis. Ideo quem ipſi elegerant: non bonum nominauit. vbi imediate ꝓpheta ſubdit. lemarbe hãmiſra vlſcalom enchez. Latine. multitudinis imperij: ⁊ pacis nõ eſt finis: et lrãm dictioni prime. lemarbe. que mem rotunda apud vos nuncupatur: contra regulam grammaticalẽ veſtram ibi iponitur. quod quidem myſterium eternitati imperij veſtri recte attribuunt. per verba prophete immediate ſequẽtia: vt confirmet illud: ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iuſticia a modo vſqꝫ in ſempiternũ. Quis ipſi ꝓphetaꝫ de ezechia loqui dicãt. quoꝝ falſitas ex eo patet: qꝛ hec ꝑpetuitas in ezechie imperio viſa nõ eſt. Bene autẽ in xp̃o ieſu. vt ſcripture oẽs teſtanť: ⁊ experientia docet: verificatũ videmus. quod quidẽ vt propheta inqt: zelus dñi exercituum fecit: vt mundũ ſaluaret. ne autẽ ſuã liberationẽ alteri q̃ꝫ deo acaz attribueret monuit ipſum ꝑ prophetã. vt ſupet hoc ſignuz aliqͦd ab eo peteret: dicentem. pete tibi ſignum a dño deo tuo vbi conſequẽter ait. in ꝓfundum inferni: ſiue in excelſum ſupra: vt per ipſum ſigni ſibi dandi magnitudinẽ animaduerteret: cognoſceretqꝫ ſignum illud tunc appariturũ nõ eſſe. Ad que verba iniquus acaz illorum duoꝝ regum timore tanquam

bonus:non petam:⁊ non tentabo dominū.reſpōdit. Pro
pheta autem qui:vt rabi dauid ait:cor ſuuꝫ non ignorabat
cepit dicere:audite ergo domus dauid.nunquid parum vo
bis moleſtos eſſe hominibus:quia moleſti eſtis et do meo
quaſi dicat:eadem cum deo:que cum hominibus facitis:
oſtenditis enim vos bonos nolentes ſignum petere:putā-
tes ipſum animum veſtrum ignorare:quia ne ei gloriaꝫ de
tis id facitis:propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignuꝫ
vobis inuitis. Notanter auteꝫ dixit:domus dauid:vt acaꝫ
nequitiam denotaret.ita ꝙ proprio nomine vocari nō me-
reretur:ac etiam vt ſigni gloria non ſibi:ſed dauid attribui
manifeſtaret.quod quidem ſignum illorum reguꝫ receſſus
quemadmodum per primum ſuppoſitum patet: cauſa erat
et ſi tunc appariturum merito non eſſet. Certum eſt enim
ꝙ cum acaꝫ ſignum petere noluerit: aliquod paruuꝫ ſignū
tunc appariturum ſibi dare:prophetam non decebat. Sed
tale quod celi altitudinem inferniqꝫ profunditatem excede
ret. Sicut per ſuperiora de mente patris rabi dauid ſuffici-
enter elicitur.⁊ ex hijs rabi dauid contra chriſtianos obie
ctioni perfecte reſpondetur. Myſterij autem ac ſigni mag-
nitudinem explicans.propheta inquit. Ecce halma . id eſt
virgo:et non corrupta:vt per ſecundum patet ſuppoſitum
Concipit.id eſt concipiet in futurum:quemadmodum ra-
bi ſalomon ait. Similiter ⁊ parit pro pariet filium: quem ip
ſa virgo per ſpiritusſancti aduentum vocabit emanuelem.
immediate enim cognoſcet deum in vtero habere. que om
nia magni ſigni:et miraculoſi fundamentuꝫ ſunt.vt per ter
tium patet ſuppoſitum. Butirum ⁊ mel comedet:quia ſci-
et reprobare malū ⁊ eligere bonum.hoc ad ſuam vltimam
perfectionem magis diuinam quā humanā denotandā:ꝓ-
pheta dixit. Naꝫ a ſua natiuitate gratia ⁊ virtute repletus

erit. ¶ Quia anq̃uã ſciat puer reprobare malũ ⁊ eligere bonum: derelinquetur terea a facie duoꝝ ſuorum regum. hoc totum. ſicut rabi dauid de mente patris exponit: intelligendum ẽ: videlicet ꝙ ante ſigni aduentum: reges iſti: qui regnum hieruſalem ſuũ eſſe putabant: recedẽt abs te. ex quo ſignum tũc apparitururm nõ eſſe apte videtur. Hiſtoriã igitur hanc hic ab eſaia recitatam eſſe. ex hĳs ſequitur. vt myſterium hoc magnum meſſie quemadmodũ ⁊ quartum denotat ſuppoſitũ: reuelaretur: quod ꝑ ſubſequẽtia verba dicentia. Adducet dñs ſuper te ⁊ ſuper populum tuum: ⁊ ſuper domũ patris tui: dies qui non fuerunt a diebus ſeperationis efraim a iuda non parum confirmatur. Ex hĳs enim mirabilia que in prophetie conſumatione apparitura erãt: que tpe acaz viſa minime fuere: denotantur. ¶ Prophetiã autẽ in ihesu chriſto nazareno: qui de domo dauid ortus fuit verificatã fuiſſe: per euangelia nobis apte manifeſtatur. ¶ Teſtatur enim lucas capi. primo dicens. Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatẽ galilee: cui nomen nazareth ad virginem deſponſatam viro: cui nomen erat ioſeph de domo dauid ⁊ nomen virginis maria. et ingreſſus angelus ad eã dixit. Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus: que cũ audiſſet turbata eſt in ſermone eiꝰ ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. ⁊ ait angelus ei. ne timeas maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero: ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius iheſum: et hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabit: ⁊ dabit illi dominus deus ſedẽ patris eius. ¶ Et matheus virginis conceptionẽ ieſu chriſtiq; natiuitatẽ capi. ꝑmo recitãs inqt Cum eẽt deſponſata mater iheſu maria ioſeph anteq̃ conuenirent: inuenta eſt in vtero habẽs de ſpũſancto. Joſeph autẽ vir ſuus cum eẽt iuſtus: ⁊ nollet eam traducere. voluit occulte eam dimittere. hec autẽ eo cogitante. ecce ange-

Concordia cũ euangelio.

Lucas.

Matheus.

lus domini apparuit in ſomnis ioſeph dicẽs: ioſeph fili da
uid noli timere accipere mariã coniugem tuam. qđ enim in
ea natum eſt: de ſpirituſancto eſt. pariet autem filium. ⁊ vo
cabis nomẽ eiꝰ ihesũ. ipſe eni ſaluũ faciet populũ ſuũ a pec
catis eoꝝ. hoc autem totũ factũ ẽ. vt ipleret qđ dictũ eſt a
deo per prophetam dicentem. Ecce virgo in vtero habe-
bit: et pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius hemanuel. Qꝫ
ſi dicetis ipſum iheſum et nõ hemanuelem vocatum eſſe.
dico hoc nomen iheſu angeli precepto ſibi ipoſitum fuiſſe:
vt cauſe finalis aduentus eius ꝑ ipſum notificaretur. quia
ſcilicet ꝓ mũdi ſalute: iheſua. n. hebraice: latine ſalus: a ma-
tre autem ſua maria: ꝑ ſpiritusſancti aduentum ſuo nomine
eſſentiali vocatus fuit hemanuel: quẽadmodum per pro-
phetam predictum fuit. Quãobrem ipſa beata gratias ẽgit
altiſſimo: ⁊ inqt: magnificat anima mea dominum: ⁊ exulta
uit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. ⁊ reliqua. hĳs ver-
bis concludendo: ſuſcepit iſrahel puerum ſuum memorari
miſericordie ſue. Poſtquã igitur in chriſto iheſu nazare-
no: mariaqꝫ eius matre ꝓphetiam verificatam videtis. cur
in perfidia veſtrorum patrum adhuc permanetis: nolentes
veritati aſſentiri. quippe aliunde procedere minime poteſt:
niſi a duritate cordis veſtri: quã deus ſua clemẽtia a vobis
remouere dignet: iplẽs ꝓphetiã ezechielis. xi. dicẽtẽ: ⁊ au
ferã cor lapideũ đ carne eoꝝ. ⁊ dabo eis cor carneum.

## Prophetia quarta.

Dem Eſaias capitu. xi. inquit. Veiaza ho-
Hebrea littera. ter migezaph iſcai ventzer miſce raſcau ifre:
i venaba halau ruah adonai ruah hochmia
vbina ruah heza ugbura ruah dabad vei-
rad adonai. veharibo veirad adonai lo lemarte henau iſ-
cpot velo lemeſcmau ozenau iobihac. veſcafat bezedech
dallim vehohihac bemiſcor laban ve arez vehica erez heſce

uet piu vbzubac ſeſadau iamit raſcab. vebaia zedech ezoꝛ
modnau vebaemuna ezoꝛ halazau. vegar zeeu him cheueſ
venamer him gedi irbaz vebegel veſir vmbri iachdau ve-
nabar caton mobeg bam. vſara vadou tirbena iabdau ir-
bezu ialdebem vearie cabacar iobal teuen. veſcibaſcab io-
nec hal bur paten vebal meoꝛat ziſboni gamul iado hada
lo iarebu velo iaſcbidu behol har codſci chi malea haarez
deha ⁊ adonai camaiz laiā mehaſſym. vebaia haion habu
ſcoreſc iſcai aſcer homed lenes hāmim elau goim idroſcu
vebaia menuhado cauod Vebaia baiom babu ioſiph ado
nai ſcenit iado licnot ⁊ ſcear hāmo aſcer iſcaer meaſcurvmi
mizraim vmiſpadros vmicuſe vmehelam vmiſcinbar vme-
hamat vmeije halaz. venaſa nes lagoim veaſaph nidhe iſrl'
vmfazot iehuda iecabez mearbah canfot haarez. veſara chi
nat effrai vezoꝛere iehuda iccaretu effrai lo iazoꝛ ⁊ iehuda
veiehehuda io laſoꝛ ⁊ effrai. ¶ Latie. ⁊ egredieꝛ virga de
ſtirpe ieſſe ⁊ flos ꝺ radicibꝰ eiꝰ creſcet ⁊ regeſcet ſup eū ſpūſ
dn̄i: ſpūs ſapie: ⁊ ītellectꝰ. ſpūs ꝯſilij ⁊ foꝛtitudīs: ſpūs ſapie
⁊ tīoꝛris dn̄i ⁊ odoꝛatꝰ eiꝰ ī timoꝛē dn̄i: n̄ ſcd̄z viſionē ocu
loꝝ̄ ſuoꝝ iudicabit: neqꝫ ſcd̄m auditū auriū ſuaꝝ arguet: ⁊
iudicabit ī iuſtitia paupes: ⁊ arguet ī eqtate ꝑ māſuetis ter
re: ⁊ percutiet terram ſceptro oꝛis ſui: ⁊ ſpiritu labioꝝ ſuo-
rū interficiet impium: ⁊ erit iuſticia cingulū lumboꝝ̄ eius:
⁊ fides cintoꝛiū renū eiꝰ: ⁊ habitabit lupus cū aguo: ⁊ par
dus cū edo accūbabit. et vitulus ⁊ catulꝰ: ⁊ bos ſimul mo-
rabūꝛ: ⁊ puer paruulꝰ mīabit eos: ⁊ vacca ⁊ vꝛſus paſcenꝛ
ſil' accūbabūt filij eoꝝ: ⁊ leo ꝗ̄ſi bos ꝯmedet paleā: ⁊ ꝺlecta
biꝛ īfās ab vbere ſup foramīa aſpidis: ⁊ ī cauerna reguli q
ablactatꝰ fuerit: manuꝫ ſuā mittet. n̄ nocebūt: ⁊ nō occidēt ī
vniuerſo mōte ſancto meo: qꝛ repleta eſt terra ſcientia dn̄i
ſicut aque mari coperiētes. ⁊ erit in die illa radix ieſſe: qui
ſtat in ſignū ꝑploꝝ ſpm gētes ꝗ̄rēt: ⁊ erit ſepulcꝝ eiꝰ glioſū

Latina littera.

Et erit in die illa qua adijciet dñs ſecundo manū ſuam ad poſſidendū reſiduum populi ſui: quod relinquet ab aſſirijs ⁊ ab egypto ⁊ a phedros ⁊ ab ethiopia: ⁊ ab elam: ⁊ a ſennabar: ⁊ ab emat: ⁊ ab inſulis maris: ⁊ leuabit ſignum ī nationes: et congregabit ꝓfugos iſrahel: ⁊ diſperſos iuda colliget a quattuor plagis terre: ⁊ auferet zelus efraim: et hoſtes iuda peribūt: efraim non emulabit iudam ⁊ iudas non pugnabit contra efraim.

Hebreorum expoſitio

¶ Hec prophetia a doctorib⁹ veſtris pro eo quod de collectione veſtra: decēqꝫ tribubus in ipſa mētio fit. pro meſſia per vos expectato exponitur. vos aūt ſi eorum dicta ꝑfecte conſiderabitis: iudicabitis ex illiſ proprium prophetie intellectum: ⁊ ſi non ex propria volūtate: neceſſario concludi.

Rabi ſalomon.

¶ Exponitur enim primo a rabi ſalomone qui cū ſuperiori propoſito ſanchedrib contra hieruſalem ezechie tpe cōtigua ſit. dicit ipſam ſic intelligi debere: ꝙ ſi quis diceret: eſto ꝙ ob ezechie merita iuda ꝯ regiſ aſſyrioꝝ manu ſaluus effectus ſit: quid de decem tribubus quas in hailach: ⁊ abor: ⁊ iuxta fluuium gozan tranſtulit: quarum memoria fortaſſis amplius non erit. reſpondetur quippe per hanc prophetiam memoriā eorū haberi. veniet enim meſſyas ⁊ ipſas cū alijs redimet. hūc autem meſſyam dicit non ſcdm viſionē oculorum ſuoꝝ. ſed diuina ſcientia in eo exiſtente bonos a malis diſcernere iudicareqꝫ debere qui qdem etiam peccatores terre ſceptro oris ſui ꝑcutiet. ſed iuſti ſicut cingulū lumbis circūdabūt ipſum: ſibiqꝫ adherentes erunt. Particulā vero illā: radix yeſſe qui ſtat in ſignum populorum: ipm gentes querent. ſic exponit ꝙ populi vt ad ipm coadunent ſignū leuabunt. Cum aūt inqt propheta: et erit in die illa: adijciet dñs ſecundo manum ſuam dicit reſpectu prime egypti liberatōis: in qua miracula multa faciendo deus manum ſuam impoſuit. hanc ſcdam nuncupari. Non. n. in babylonis liberatione deum id feciſſe in-

uenitur. clauſulā quoqʒ illam: et ab inſulis maris: romanis
quos filios eſau appellat: attribuit; et leuabit ſignū in nati-
ones. ſ. crucē qua profugos iſrabel congregabit. et auferet
zelus effraim. per hanc particulā dicit: prophetam ſignifica-
re velle inter meſſiam filiū ioſeph: et meſſiam filium dauid
inuidiam regni tunc non eſſe. ¶ Exponitur adhuc prophe-
tia a rabi dauid. cum re ſanchedrib ipſam colligando ſic.
nolite admirari ſuper miraculo magno hoc tēpore ezechie
facto de aſſirioꝝ exercitꝰ ruina ſic momentanee facta. fiet
enim diebus meſſie captiuationum iſrael collectione. maiꝰ
hoc longe magis. qui quidem meſſias rex huius progeniei
erit. dixit autem propheta: ꝺ radice ieſſe: eo quia ex ipſo ꝓ-
mus rex dauid. ſ. egreſſus eſt. Et odoratus eius in timorē
domini: dixit vt denotaret meſſiam odoratu: qui leuis ſen-
ſus eſt: bonos a malis diſcernere debere: quaſi diceret leui
aſpectu ſup ꝑticula vo illā: et percutiet terrā virga oris eiꝰ
dicit ꝙ meſſias: peccatores terre: terramqʒ blaſphemabit.
et ſuum dictum affirmabitur. illā vero: et erit iuſtitia cingu-
lum lumborum eius: ꝓ iuſtitia fideqʒ quibus meſſias indu-
tus erit; exponit. ſuper ea quidem parte ⁊ habitabit lupus
cum agno: et reliqua. qua rabi ſalomon nihil ait. ipſe quorū
dam opinionē redarguens ꝑ hanc ꝓphetiam volentiū ani-
malia: meſſie tpe eſſe a ſui natura mutanda: nec non et aliq̄-
rum prophetiam exemplariter loqui dicentiū. inquit ipſam
de proprijs in ea recitatis animalibus intelligere: que ī ter-
ris iſrabel dūtaxat: nocere non poterunt. propheta dicente
non nocebunt: ⁊ non occident in vniuerſo mōte ſācto meo
⁊ huius ratio erit: quia repleta erit tota terra ſcientia dñi.
ipſis enī dei mandata cuſtodientibus animalia bruta: ⁊ pra-
ua eis nec eorum beſtijs nocere poterunt. Partē quoqʒ il-
lam dicentem: in die illa radix ieſſe. qui ſtat in ſignuʒ popu-
lorum ipſum gentes querēt: et erit ſepulchrū eius glorioſū

Rabi dauid

ſic exponit.ille.n.qui de radice ieſſe egredief:ꝑ quo ⁊ flos ꝺ radice eius aſcédet dixit.qui qdē.ſicut rabi ionathan ait filius filij ieſſe.i.filius dauid nuncupabif qui etiā die cógregationis captiuitatū iſrael in ſignū populoꝝ ſtabit:ip ſaꝫ gētes querent.ſicut enim in hoſte vexillū in ſignuꝫ geritur:vt illud exercitus omnis ſequatur.ſic ⁊ gentes oēs:vt eiꝰ mādata obſeruēt:meſſiam querent:ſequenf qꝫ. Quāobrem pacifice ſibi cunctis ſeruientibus regnabit. vult itaqꝫ rabi dauid clauſulā illā.⁊ erit ſepulchrū eius glorioſū pro pace honore:tranqllitateqꝫ meſſie tpe vigētibus dictā fuiſſe. Partem autē illā:adijciet dn̄s ſecundo manū ſuā. ⁊ reliqua:ad primā egypti.ſicut rabi ſalomon refert.non tamen eadem ſimilitudine:Sed adijciet dicit ſecundo totū iſrahel:vt in egipto fecit:redimendo:quod quidem babilonis collectiōe minime fuit.in ea enim decem tribus collecte non fuerūt ſuper clauſula vero illa: Et leuabit ſignum in nationes dicit ꝙ quaſi deus leuaret in nationibus ſignum:quo mediāte omnes ipſum videre venirent.ſic cuncte gentes de ſuis terris:vt hieruſalem honorifice reuertantur:iſrahel mittēt quo tpe:omnium ipoꝝ congregatione facta:inuidia.regniqꝫ zelus inter iudam ⁊ effraim de toto auferetur. ¶ Cōtra quas expoſitiones:cum maior earum pars:vt dixi:ad veritatē tendat:ſolito more non procedā. Sed quicqd in eis falſi continetur ꝑ verā dei auxilio detegetur expoſitionem quam qdem cum rabi dauid agrediens.dico ꝙ cuꝫ ſanchedrib myſterio ꝓphetia contigua ſit. vbi miraculum grande totius exercitus ſui occiſionis nocte vna viſum fuit.chriſti myſterium:quod maius illo ſine comparatione erat apud illud per prophetā deus prenunciare voluit. quaſi diceret nolite ſuper miraculo hoc in exercitu ſāchedrib:ob ezechie merita facto admirari.quāuis enim ineffabile videatur.fiet tamen eo maius cum de ſtirpe et radice iſta:virga ⁊ flos

Confutatio ipſorum cum vera expoſitione.

ſcilicet christus ihesus: non de humano ſemine. ſed de ſpiritu ſancto egredietur. qua de cauſa termino hoc: egredietur propheta vſus eſt: necnon ⁊ requieſcet ſuper eum ſpiritus domini immediate ſubdit. vnde dicti rabi dauid nullitatem ex eo hic diſcernere poſſumus: quia dicere malus eſſe miraculum meſſiam vos a captione: diſperſioneq; colligere totius ſanchedrib exercitus nocte vna abſq; gladio interfectione fatuum ē. illud eniȝ ſuper naturale fuit. iſtud vero nō dixit autem notanter: de radice ieſſe: eo quia genalogie principium fuit: ex eoq; primus iude rex dauid. ſcilicȝ egreſſus eſt. vt et vltimus ſue domus rex meſſyas: etiaȝ illi attribueretur ⁊ odoratus eius in timorem domini: ſicut rabi dauid ait: meſſias iſte bonos: a malis ſolo odoratu: minimoq; aſpectu diſcernet: ⁊ hoc quia non ſecundum viſionem oculorum ſuorum. hoc eſt non vt naturalis compoſitus: et pro eo quod viſu hominibus apparebit. ſed ſua diuinitate omnia iudicabit. Et erit iuſticia cingulum lumborum eius: et fides cintoriū renum eius. Pars hec. ſicut rabi ionathan: ⁊ rabi ſalomon aiunt intelligēda ē: videlicet ꝙ iuſti ⁊ boni ſui erunt: ipſumq; ſicut cingulū circūdabunt. ꝑ quā partem gentiū vocationē ꝓpheta innuit: que cū bonis iudeis ipſuȝ xp̄m ſequentibus equales erunt: vnanimiterq; illi ſeruient Quamobrem ⁊ habitabit lupꝰ cū agno. ⁊ reliq̄. propheta immediate ſubdit: vt quēadmodū aliq̄ vr̄i volunt gētiū q̄s rapaces: magnaſq; feras appellauit: ⁊ iudeoꝝ q̄ māſueti et domeſtici nuncupati ſunt: ad xp̄i fidem cōſortiū denotaret. pro quo ⁊ notanter dixit. et puer paruus mīabit eos. a die enim natiuitatis eius tale conſortium incoandum erat: ꝓut xp̄i nazareni natiuitate verificatum fuit. ⁊ huius cauſam aſſignando propheta inquit: quia repleta erit tota terra ſciencia domini. Nam non modo iudei de deo: eiuſq; fide

noticiā habebūt. Sed etiā gentiles. Quapropter nō nocebunt ⁊ non occident in vniuerſo monte ſctō dñi: hoc eſt in vniuerſo monte cōgregationis xpifidelium: qui ꝺ iudea gēte erunt. Ex quibꝰ dicti rabi dauid falſitas facile colligi poteſt. Nam ſi animalia: ſicut ipē vult propter ſcientiam dñi: que tēpore illo in vniuerſo mundo erit terris iſrabel nō nocebunt: a ſui natura ipſa mutanda eſſe; dicere neceſſario cogimur. cunqꝫ meſſie dominiū: ꝓut ipſe fatet: dominiqꝫ ſcientia in vniuerſo orbe eſſe debeant; nulla eſt ratio maior propter quā illud in terris iſrael magis ꝗ aliis mundi locis animalia obſeruare debeant. ſi autē noſtre expoſitiōis veritatem cognoſcere vultis. ſubſequentia verba prophetie ſuo ſenſu accipite; dicentia in die illa radix ieſſe: qui ſtat in ſignum populorum: ipſum gentes querent; ꝑ que verba vocationis gentiū; myſterium clare habet. Clauſula vero illa: et erit ſepulchrum eius glorioſuꝫ. de xpi ſepulchro quod per eius reſurrectionē fideliumqꝫ venerationē glorioſum eē debebat; indubitate loquitur. Non enim dictum Rabi dauid ſuper ea quidquā valere poteſt. Nam pro ſuo propoſito ⁊ erit ſedes eius pacifica: propheta dixiſſet. voſqꝫ non latere ſcio. ꝑ terminos illos: ſepulchrum proprie denotari. Cum enim cuiuſpiam defuncti apud nos memoria ſit menubado cauod: ſuper eo dicitis: qnod ſit ſepulchrum eius glorioſuꝫ Latine ſignificat. Cuꝫ autem ⁊ erit in die illa qua adiiciet dominus ſecūdo manū ſuam ad poſſidendū reſiduum populi ſui propheta inqt. veſtrā collectionem redemptionēqꝫ: ꝑ dei gratiā in reſiduis veſtris ſecundo aduentu fiendam; predicare voluit; in que verba vſqꝫ ad prophetie finem. ſicut rabi ſalomon prophetia principio facit; procedendum ē ꝗuis enim propter xpm qui ab ipſo egrediendus erat; per quē etiā ab aliqua parte ipſius erat ſalus expectanda: iuda ſuper miraculo mortis totius ſanchedrib exercitus letādꝰ

eſſet: quid de decẽ tribub⁹: quas in bailac et abor: et iuxta fluuiũ gozan tranſtulit: de qbus fortaſſis memoria amplius non erit. huic tacite petitioni propheta: xpi myſterio aduentus primi recitato: hijs verbis reſpondit. Nam in die illa: qua adijciet dominus ſcd̃o manũ ſuã: hoc eſt ſuo ſecundo aduentu: qui dicitur ſecundus reſpectu primi: ad poſſidendum reſiduum populi ſui: per ſui miſericordiã: volens ipm̃ omnino ſaluũ fieri. ſ. anime ſalutis: nõ tãtũ corporis: ſignum in nationes leuabit. crucẽ. ſ. paſſionis ſue: ſicut rabi ſalomõ dicit: cum qua ⁊ profugos iſrahel. ſ. decẽ tribuum cõgregabit: diſperſoſq; iuda colliget a quattuor plagis terre: voſq; tunc gratiam vobis datã cognoſcentes: xpi diuinitatem cõfeſſi eritis: et de tanto beneficio ſibi gratias agẽtes cũ propheta paulo poſt dicetis: cõfitebor tibi dñe: quoniã iratus es mihi conuerſus eſt furor tuus: ⁊ conſolatus es me: ecce deus ſaluator meus. ⁊ reliqua vſq; ad ſubſequentis capituli finẽ: vbi cum alijs prophetis myſteriũ hoc attingentibus ſicut ſecunda pte deo duce videbitis: eſaias conuenit. Id autẽ qd̃ predicti rabi veſtri ſup clauſula hec dicunt ipam. ſ. ad pmã egipti referẽdo: locũ non habere ex ſe patet. Nam cũ corporales vr̃e redemptões tunc due pceſſerint: egipti ſ. ⁊ babylonis: adijciet dñs tertio: ⁊ nõ ſecũdo propheta dicere debuiſſet. Quapropter ab ea clauſula: vſq; ad ſubſeqn̄tis capituli finẽ: modo q̃ dixi: pphete verba neceſſario intelligẽda ſũt. ſupiora vero primi aduent⁹ myſteria: queadmodũ et euãgelia de eis teſtimoniũ phibẽt. idubitate pdicunt: Chriſtũ eni de radice fuiſſe ieſſe. Mattheus ſuã narrans genalogiã cap. pmo apte oñdit. ſup eo q̃z ſpũs dñi requeſcere a iohãne capi. pmo habet dicẽte. quia vidi ſpũm deſcendentẽ quaſi colũbã de celo: ⁊ manſit ſup eum. ipm̃ preterea bonos a malis minimo aſpectu diſcernere q̃uis pleriſq; in locis ab euangeliſtis certitudinẽ habeamus. volo tñ vnam

Concordia cũ euangelio.

Matheus.

Matheus — Mathei nono vobis auctoritatē recitare. inquit enim. & ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. videns autē ihesus fidem illoꝝ dixit paralitico: confide fili remittuntur tibi peccata tua: & ecce quidam de ſcribis dixerunt inter ſe hic blaſphemat. et cum vidiſſet ihesus cogitationes eorum dixit: vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Ipſum in ſuper non ſecundum viſionem oculorum ſuorum iudicaſſe euangelia cuncta oſtendunt: que teſtificantur ipſum omnia opera ſua deo patri attribuere. inquit enim capitulo primo

Johannes — Johannes. non poſſum ego a meipſo facere quicquam. ſicut audio iudico: & iudicium meum iuſtum eſt. quia non q̄ro voluntatem meam. ſed voluntatem eius qui miſit me: et capitulo decimo: opera que ego facio in nomīe patris mei hec teſtimonium perhibent de me. Cum particula vero illa: et iudicabit in iuſtitia pauperes: et arguet in equitate ꝓ

Mattheus — manſuetis terre. Matheus. xij. et quintodecimo conuenit: & cum illa: et percutiet terram virga oris ſui capitulo. xij. idem ſic aſſentitur. iudeis enim a ihesu ſignum petentibus reſpondit: generatio mala et adultera ſignum querit: & ſignum non dabitur ei: niſi ſignum Jone prophete: vbi ſubſequenter ait. Uiri niniuite ſurgent in iudicio cum generatione iſta. et condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Quod autē ipſo mediante ihesu: alie gentes: cum iudeis chriſtum ſequentibus: fide recepta habitauerint: cum notum omnibus ſit: pro ſui probatione auctoritate non indiget. nec non ipſum gentes deprecari: ſuumq; ſepulchrum glorioſum eſſe: vos non latere ſcio: quorum cecitatem doctorum ſuorum ſuper propheciis de meſſia loquentibus prauitatem non conſiderantes ſermone explicare neſcio. deum tamen pro vobis orare non deſiſtam: vt ab oculis veſtris velamen perfidie. ita q̄ veritatis viā agnoſcere poſſitis remouere ſua pietate dignetur.

## Prophetia quinta.

Dem eſaias capitlo. xxviij. inquit. Labẽ ſcim | Hebrea littera.
bu deuar adonai anſce lazon moſcele babã ba-
ze aſcer biruſcialaiz. chi amartẽ caradnu berit et
mauet vebim ſceol baſinu boze ſciot ſcitoteſ
chi iabauoz lo ieuoneu chi ſãnu cazau mabſenu vbaſcecher
niſtarnu. laben co amar adonai binneni iſſad beſion auen
euen bobã pinnad icrat muſad bamaamin lo iabiſc. veſãti
miſcpat laccau vzdaca lemiſcalet veiaba barad mabſe ca-
zau veſeder maim iſtofu vebuppar beridebẽ ⁊ mauet veba
zodebẽ ⁊ ſcieol lo tacũ ſciot ſcioteſ chi iabauoz vebeidẽ lo
lemirmas. mide bobzo icab etbẽ babocher babocher iaba
uoz baiõ vuallaila vebaia rac zeuaba bouim ſcemoba. chi
cazar bamazab mebiſtareab vebãmaſſeba zara chebidcã-
nes. chi cabar perazim iacum adonai chebemec begiubon
irgaz labaſot mabaſeb uzar mabaſebu; velabauod bauoda
do nochzia bauodado. vebatta al titlozazu pen iebezecu
moſarbẽ chi cala veneberaza ſciamabti meet adonai zeua
uot bal col baarez baazinu veſcigu coli baſciu veſcimbu
ſmbrati. bacol baiom iabaroſc baboeeſc lizroab iefattab vi
ſaded admato. balo im ſciua paneba vebefiz chezab veca-
mõ izroc veſã bitta ſoza vſboza niſmã vecuſſemet geulato
veiſſero lãmiſcpat elobau iozẽnu chilo bebaruz iudaſc che
zab veoſan bagala bal camon iuſſau chi bematte iebauet
chezab vecamon baſciauet. lebẽ iudac chilo lanezab adoſc
ſedoſcennu vebamã galgal beglato vfaraſciau lo reduchẽ
nu. gam zot mebim adonai zeuabot iazaa biſli beza bigdil
tuſcia. ⁊ reliq̃ vſqꝫ ad ca. xxix. finẽ. ¶ Latie. Propt̃ ħ audi
te vbũ dñi viri illuſores ꝗ dominamini ſuꝑ pp'm hũc: ꝗ ẽ in | Latina littera.
hieruſalẽ. qm̃ dixiſtis: pcuſſimꝰ fedꝰ cũ morte: ⁊ cum ſepul
chro fecimus pacem: flagellum inundãs cum pertrãſierit:
non veniet ſuper nos: Quia poſuimus mendacium ſpem

noſtram:⁊ in falſo abſconſi ſumꝰ. Propterea hec dicit dominus deus:ecce ego fundabo in ſyon lapidem:lapidē fortem angularem pretioſum fundamentū fundamentorum q crediderit non feſtinet.⁊ ponā iudicium in menſura ⁊ iuſtitiam in pondere:⁊ ſubuertet grando ſpem mendacij:⁊ protectionem aque ruent.⁊ delebitur fedus veſtrum:cum morte:et pax veſtra:cum ſepulchro non ſtabit. Flagellum inundans cum pertranſierit:eritis ei in conculcationem: quandocunq̧ pertranſierit tollet vos:quoniā mane diluculo ꝑtranſibit die noctuq̧:et erit tantūmō cōmotio ⁊ tremor intelligere auditum coanguſtatum. eſt enim ſtratum:vt extendi poſſit:⁊ cooperimentum abbreuiatuȝ eſt.vt dorſo adhereat. Nam ſicut in monte diuiſionum:ſurget dominus ſicut in valle:que eſt in gabaon:iraſcetur :vt faciat opus ſuum:alienum eſt opus eius:vt operetur opus ſuum peregrinum eſt opus eius. Nunc auteȝ nolite illudere ne forte flagella veſtra fortiora efficiantur. deſtructioneȝ enim vltimā audiui a domino deo exercituum.et reliqua.vſq̧ ad capituli.xxix.finem:que in prophetie declaratione explicabuntur

Judeorum expoſitio

¶ Super hac prophetia viri iudei cum niſi ſuper ihesu nazareno actari poſſit:doctores veſtri:dempto rabi ſalomone nihil boni aiunt.continetur enim in ea pars illa. Propterea hec dicit dominus. ecce ego fundabo in ſyon lapidem:lapidem fortem:angularem precioſum fundamentum fundamentorum:qui crediderit non feſtinet.que ſi recte intelligatur:prophetia tota ex ſeipſa facile exponitur.⁊ quamuis rabi dauid tanq̄ ille qui dummodo chriſti myſteriū fugere credat prophetias a vero ſenſu peruertere non curat partem hanc ezechie attribuat.

Rabi ſalomon.

¶ Attamen rabi ſalomon qui non adeo praue procedit:ipſam ſuper meſſia ſic exponit.dicit enim. Ecce ego ſum qui in ſyon.id eſt in mente mea fundaui.ſ.decretū eſt:meſſiā re-

gem conſtituere. qui lapis fortis: fundamentūq; fundamentorum erit: ita q̄ qui crediderit prophetiā hanc venturā eſſe non feſtinabit: hoc ē aduentū eius n̄ deſiderabit.

¶ Qua quidem expoſitione ſtante ex meſſia aduentu vltimam veſtrā deſtructionem ſequendam eſſe: per hanc prophetiam predicari: indubitate videm⁹. Quapropter ſuper venturo per vos meſſia: a quo īfinita bona expectatis: verificari minime poteſt. Vos autem ſi rabi dauid prauitatem cognoſcere vultis: dicta ſua ſuper parte hac meditando cōſiderate. Dicit enim. Ecce ego fundabo in ſyon lapidez. id ē regē bonū ezechiam ſcz quem lapidi forti: qui in fundamēti angulo ponitur aſſimilauit: per cuius manus ab hoſte et inimico liberabit. Propterea quia populū ad bonū reducet ⁊ ipſos maloſq; pdet: necnō et clauſulā illam. Qui crediderit nō feſtiet. ſic aptat. cū. n. maior eoꝝ pars dieb⁹ acaz verbis prophete fidē non pſtarēt. Jccirco hijs verbis vſus ē: quaſi diceret. ſiquis ē in vobis: qui hāc ꝓphetiā verificatā videre cupiat: nō feſtinet: hoc eſt: nō putet ipſam ſic de ꝓximo venturam: ⁊ ſi eam adimpletā oīno videbit. Cui⁹ expoſitōis falſitas: ex totius ꝓphetie ꝓceſſu maniſeſte ptz. ex ea enī iudeos naufragia multa: per hūc regē paſſuros eſſe: vt paulo ante dixi: colligit̄ ꝑ ezechiā autē: queadmoduz et ipſe aſſerit: iudei ab hoſte ſanchedrib liberati fuerūt. Quāobrem ꝓphetia de ipſo loq dicere minime poſſum⁹. Cūq; etiā ex clauſula illa: q crediderit nō feſtinet: ꝓphetiā ꝺ proximo verificādā nō eē dicit. Si dieb⁹ acaz: vt aſſerit: dicta fuit cū ezechias poſt acaz immediate ſucceſſerit: nōne ſatis de ꝓximo ꝓphetia cōſumenda erat ¶ Cū aūt in vera que nunc ſeqnitur expoſitione veſtrorū opiniones ſuꝑ ꝓphetia tota recitare intēdā: ex quibus ipſoꝝ ſuꝑ hac parte malitia clarius oſtendetur. Jdeo in confutatione dicti huius rabi: hic vltra procedere n̄ curo. Sed veraz ꝓphetie expoſitōez

Approbatio rabi ſalomonis.

Rabi dauid

Confutatio rabi dauid

Catholica expoſitio.

ad holocauſta: quaſi dicat: eo quia potentiam meam infini-
tam non putant: peccatum eoꝝ irremiſſibile erit. ⁊ ſubſequē
ter errorem in quem hij tales ceciderunt: remouendo: inqt:
Cui ergo ſimilem facitis deum. aut quam imaginem pone
tis ei. ⁊ reliqua. qui quidem error ob prophetaꝝ myſteriū
hoc predicentium: in conſideratōem ortus eſt. Ne autē de
huius erroris punitōe: deum: ſed ſemetipſos culparent. ſub
dit propheta: Quare dicis iacob; ⁊ loqueris iſrael: abſcon
dita eſt via mea a dn̄o: ⁊ a deo meo iudicium meū tranſibit
quaſi faciem ſuā a te inmerito abſcōderit: praua quippe eſt
locutio tua hec. nunquid enim neſciſti: aut non audiuiſti: q̄a
dominus ſeculi deus: cuius ſapientie non eſt inueſtigatio:
utiq; ſciuiſti. nam ex omnibus gentibus: ut ſuam manifeſta-
ret potētiam: in te elegit. Quamobrem in talem errorem in
cidere minime debebas. ⁊ propterea per xp̄i aduentū dabit
ipſe lapſo virtutem: hijs. ſ. qui pro vita maloꝝ lapſi ⁊ fatiga
ti erunt: eiſq; robur multiplicabit. pueri aūt: hoc eſt ip̄m nō
cognoſcentes: qui pueri nuncupari poſſunt. laborabunt tūc
ut ipſum apprehendant: ⁊ deficient. Sed iuuenes qui con-
tra xp̄m ⁊ ſuos erunt fortes pro eoꝝ peccato: ruendo ruēt.
Sperantes autem in domino mutabunt fortitudinem. ⁊ re
liqua. que pro maiori bonorum certitudine reiterauit. ⁊ ad

propoſiti corroborationem: verba ſubſequentis capituli ꝓpheta ſubdit: per que pluribꝰ dei operibus circa chriſti myſterium explicatis: narrat: ꝙ ob eaipſa chriſti opera plures nationes: ſuis derelictis idolis: ad eius fidem venture erāt vnde et iudei minus excuſandi. ſed magis culpandi ſunt. inquit enim poſt operum narrationē: quis hec operatus ē: ⁊ fecit vocans generationes ab exordio: ego dominus primus ⁊ cum nouiſſimis ego ſum. que quidem verba: cuꝫ eo quod ſuper dicto moyſi Deuteronomij .xxxiij.c. a doctoribus veſtris explicatur conſentanea ſunt: videlicet dominus de ſynai venit: ⁊ de ſeir ortus eſt eis: apparuit de monte pharan. dicunt enim omnes has nationes: vt ſuam reciperent legem vocaſſe: quam illis recipere nolentibus: ad iſrahel dedit. pro quo propheta hic dixit: vocans generationes ab exordio. ⁊ reliqua. modo autem cuꝫ de iſrahel pauci: ſed de nationibus alijs multe: chriſti legem recepture erant. inquit. ⁊ cum nouiſſimis ego ſum. ſcilicet nationibus que conuerſe ad chriſtum venient. cuius conuerſionis modum narrans propheta: ſubſequenter ait: viderunt inſule ⁊ timuerunt: extrema terre obſtupuerunt: appropinquauerūt acceſſerunt vnuſquiſqꝫ proximo ſuo auxiliabit: ⁊ fratri ſuo dicet: confortare: confortauit erarius faber percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis dicens glutino bonum eſt: ⁊ firmauit eum clauis ne cummoueretur. Quorum verborum ſenſus eſt: ꝙ gentes iſte dei opera videntes ⁊ ad ſuam venientes fidem ſeipſos in ea ad inuicem ſic confortabuntur: quemadmodum ante illud: idola fabricando faciebant. qua de cauſa iudeos permaxime reprehendendo: ꝓpheta ſubdit. ⁊ tu iſrahel ſerue meus iacob quem elegi: ſemen abrahe amici mei: ꝙ apprehendi te ab extremis terre: et a longinquis eius vocaui te. ⁊ reliqua. vſqꝫ ad particulā

illam:in ſanctum iſrahel letaberis. volens ſignificare ꝙ ha bere in chriſto fidem magis ad iudeos ꝙ̄ ad alias nationeſ pertinebat. Pro bonis autem ipſum expectantibus: predi cta parte explicata:inquit. Egeni et pauperes querunt a quas ⁊ non ſunt. lingua eorum ſiti aruit: ego dominus ex audiam eos:deus iſrahel non derelinquā eos. p quā aquā eam intelligit. que bibentem ad vitam eternam ducit. que quidem per meſſiam tribuenda erat. quare ſequitur:aperi am in ſupinis collibus flumina. ⁊ in medio camporum fon tes. ponam deſertum in ſtagnum aquarum. ⁊ terram inui am in riuos aquarum. deinde quaſi cum malis. ipſum non recipientibus. deus in ſcrutinium venire vellet. ſubſequen ter ait. prope facite iudicium veſtrum dicit dominus. affer te ſiqua fortia habetis dicit rex iacob. accedant ⁊ annuciēt nobis quecunqꝫ ventura ſunt. priora que fuerunt nunciate ⁊ ponemus cor noſtrum ⁊ ſciemus nouiſſima eorum:aut ꝙ̄ ventura ſunt indicate nobis;annunciate que ventura ſunt de longe. ⁊ ſciemus quia dij eſtis vos. benequoqꝫ aut ma le ſi poteſtis facere. ⁊ recitabimus ⁊ timebimur inſimul. Ex quibus verbis propheta indicare voluit ꝙ ab homine inquantum homo. ea que a chriſto iheſu exigenda erant minime fieri poſſent.

¶ Quapropter aduerſus tales incredulos loquendo:vt ipſi experirēt an eadem agere poſſēt:dicebat:⁊ ſi facerēt ip ſos deos appellaret:pariterqꝫ inſimul timendi eſſent. Qḋ autem eis ⁊ cuilibet homini:dempto chriſto id impoſſibile eſſet. propheta ipſe declarat dicens. Ecce vos eſtis ex nihi lo ex quo nihil fit; ⁊ opus veſtrum ex eo quod non eſt:q̄ſi diceret ꝙ ex omni parte a non ente quodammodo genera ti eſtis:ideo abominatio eſt:qui eligit vos putans vos ge ꝙ̄ facere poſſe. loquens aūt de chriſto propheta ait. Suſci

tani ab aquilone ⁊ venit ab ortu ſolis vocabit nomīe meo ⁊ veniet ſuper magnates: quaſi lutum eſſent; et velut plaſtes conculcans humum. per que verba demonſtrare vult chriſtum ſua diuinitate: non magis ſcribas: ſacerdoteſq̃ eē exiſtimaturum q̄ ſi lutum eſſent; ⁊ adhuc contra illos loquēdo: propheta ſubdit. Quis annunciauit ab exordio: vt ſciamus: ⁊ a principio: ⁊ dicamus iuſtus es: non eſt annuntians neq̃ predicens neq̃ audiens ſermones veſtros. volens ex hijs oſtendere talem auctoritatem ipſos non habere. ſed deum tantūmodo: qui filij ſui iheſu chriſti myſteriū ab exordio primis patribus: ⁊ ꝓphetis reuelauit. ⁊ demū Iohāni baptiſte qui ad ſyon primo dixit: adeſt adſunt. adeſt ſcʒ vnus qui tres ſunt. pro quo ⁊ ad hieruſalem euangeliſtam dabo. ſubſequenter ait. Quo quidem ſcrutinio facto: propheta talia fatur. et vidi et nō erat ex iſtis quiſq̃ qui iniret conſilium ⁊ interrogatus reſponderet verbū. ecce oēs iniuſti: ⁊ vana opera eorum: ventus ⁊ inane ſimulacra eoꝝ intendens ex hijs concludere non eſſe noſtrum: dei opera cui omnia poſſibilia ſunt: inueſtigare. Deinde per ſubſeq̄ns capitulum. inquit propheta. Ecce ſeruus meus in quo me firmabo: electus meus cōplacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritū meum ſuꝑ eum: iudiciū gentibus ꝓferet. cōcludēs ex premiſſis hominū obligationē: qui xpi fidē ſectari: habēt. Sed poſtq̃ de hijs bene edocti eſtis nec rationē incōtrariū habetis: ⁊ ipm recipere nō vultis: iccirco ⁊ ipſe tādē vos n̄ curabit. ſʒ iudiciū ⁊ legē gētibꝰ ꝓferet. Chriſti deīde vite ꝓceſſū: vt eos n̄ ꝑderet: enarrādo ſeq̄t: n̄ clamabit: neq̃ eleuabit: nec audire faciet vocē eiꝰ foris. Nō. n. volebat niſi i iudea verſari: ⁊ q̄uis ab eis lacerādꝰ: ⁊ tādē crucifigēdꝰ eēt. nō tū debebat ab illis recedere: nec ex illis flagellis turbari quin opus ſuum impleret. Quare concludit: non

erit triſtis neq; lentus: donec ponat in terra iudicium: ⁊ legem eius inſule expectabunt. ⁊ ex tāta ingratitudine ueſtra indignatus deus per prophetam ſubſequenter inquit. Ego dominus vocaui te in iuſticia: ⁊ apprehendi manum tuam ⁊ ſeruaui te ⁊ dedi te in fedus populi in lucem gentium. ut aperires oculos cecorum: ⁊ educeres de concluſione victum: de domo carceris ſedentes in tenebris. quaſi diceret. eſto ꝙ ꝓ iudeis: ut fedus illis ſeruarem: te principaliter cuſtodiuerim. ſi ipſi pro maiori parte te non recipient: non cures. Nam ego dn̄s qui te in iuſticia uocaui: ⁊ in fedus huius populi cuſtodiui: apprehēdi etiā te pro maioribus hijs. Dedi enim te in lucem gētium: ut per te illuminate: legem recipiant. ⁊ ultra hoc: ut victos de concluſione educeres: ⁊ de domo carceris ſedentes in tenebris: per limbi expoliationem. quibꝰ verbis relatis ſubdit: ego dominus hu eſt nomen meum: ⁊ gloriam meam alteri non dabo: ⁊ laudem meam ſculptilibus. ac ſi diceret: attēto ꝙ ſui cauſa in manu ſeruientium idolis: iudeos tradere oportebit. ne gloria mea ⁊ laus alteri ſcilicet ſculptilibus ab illis gentibus detur: ideo volo. ut tu eis lucem des: ⁊ te recipiant: cognoſcantq; omnia hec a me procedere. ⁊ ut ſuper hijs miſterijs ipſos magis aduertentes redderet concludens ait. Que prima fuerunt: ecce venerunt: noua quoq; ego annūtio anteq̄ʒ oriantur audita vobis faciam. ⁊ hoc: ut cum venerint: in eis non decipiamini. Cum autem hec parum prodeſſe eis debebāt inquit propheta: Cantate domino canticum nouum laudē eius in extremis terre: deſcendentes in mare: ⁊ plenitudinem eius inſule ⁊ habitatores earum. ⁊ reliqua. Per que verba iterum gentes ad chriſtum vocat. deinde dei contra iudeos: pro eorum perfidia: indignationem narrando. ſequitur. Dominus ſicut fortis egredietur: ſicut vir preliator ſu

ſcitabit zelum: vociferabitur ꝛ clamabit. ſuper inimicos ſuos fortificabitur. Cum autem deus ne contra illos ad hec veniret longo tempore ipſos tollerauerit: cunctaqꝫ oportuna: ꝛ neceſſaria fecerit excuſans ſe ait. tacui ſemper ſilui: patiens fui: ꝛ reliqua. ad idem propoſitum pertinẽtia. ꝛ ſic omnia reſumendo ſuum ſermonem propheta reſtringens: clamat. O ſurdi audite ꝛ ceci intuemini ad videndum: quis cecus niſi ſeruus me⁹: ꝛ ſurdus ſicut miſſus meus quem mittam: qs cecus ſicut ille qui perfectus eſt. ꝛ cecus ſicut ſeruus domini. volens ex hijs verbis oſtẽdere ꝙ quando per prophetas deus eis chriſti miſterium narrans dicebat. ne ſurdi eſſent ad ea que pro eorum ſalute erant. audiendum: illi predicta verba explicabant. Quare ut ꝙ eorum ruine ipſimet: deum contra ipſos iraſci obligando: cauſa eſſent. manifeſtaret. Sequitur propheta dicere ꝛ dominus voluit iuſticia ſua. ut manifeſtaret legem ꝛ extolleret ꝙ ipſe eſſet populus direptus ꝛ vaſtatus. laqueus iuuenum omnes. ꝛ in domibus carcerum abſcõditi ſunt. facti ſunt in rapinam nec eſt qui eruat. in direptiõem nec eſt qui dicat redde. quis dedit in direptionem iacob ꝛ iſrael vaſtantibus: niſi dominus ipſe cui peccauimus. ꝛ noluerunt in vijs eius ambulare. et non audierunt in legem eius ꝛ effudit ſuper eum iram furoris ſui ꝛ forte bellum. ꝛ combuſſit eum in circuitu ꝛ non cognouit. ꝛ ſuccendit eum ꝛ non intellexit. ꝛ tandem. Quemadmodum pleriſqꝫ locis moris eſt ꝓphetarum. ut poſt chriſti miſterium ꝛ ob non receptionem ipſius. ruinam veſtram enarratam cum veſtra poſt antichriſti bellũ reuerſione vos conſolari. propheta eundem ritum ſequens per aliud capitulum talia verba mouet. Et nunc hec dicit dominus creans te iacob ꝛ formans te iſrael noli timere quia redemi te. ꝛ reliqua. Hec igitur duo recitata capitula. primum ſequi:

eaqꝫ ſicut expoſui intelligenda eſſe ex totius prophetie diſcurſu manifeſte patet. Nihil enim in ea cõtineri uideo ꝙ cũ expoſitione non conueniat. ſecus autem de veſtroꝝ declarationibus eſt. Nam ipſi in ea ab inuicem nõ paꝝ diſcrepãt aliqui eniꝫ ipſam meſſie attribuũt. aliq vero ezechie: ⁊ alij ꝑtim meſſie: ⁊ partim ezechie. ita ꝙ ipſoꝝ nemo: ut vos non latet: totalem prophetie diſcurſum vni actare poteſt. cuius ratio eſt: quia attribuentes eam meſſie: verum meſſiam in quo: quemadmodũ euangelia aperte oſtendũt: ad litteram conſumata ſunt. nõ cognoſcunt. Nam pro ea pte: vox clamantis in deſerto. ⁊ reliqua. matheus cap. iij. inquit. in diebus aũt illis venit Johannes baptiſta predicans in deſerto iudee: ⁊ dicens. penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. hic eſt de quo dictum eſt per Eſaiam ꝓphetam dicentem. vox clamantis in deſerto: parate viam domini: rectas facite ſemitas eius.

Concordia cuꝫ euangelio

Matheus

¶ Pro ea vero parte dicente ſicut paſtor gregem ſuum paſcet. ⁊ reliqua. Johannes decimo capitulo ſic ait. Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas. ¶ Cum illa autem: ecce ſeruus meus: ſuſcipiam eum: electus meus cõplacuit ſibi in illo anima mea. Matheus. xvij. conuenit dicens. hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipſum audite. ¶ Dedi ſpiritum meum ſuꝑ eum. cum hac parte Johannes cap. primo cõſentit: cum ait. ⁊ vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a petre plenum gratia ⁊ veritatis. ⁊ ibidem. ſuper quem videtis ſpiritum deſcendentem ⁊ manẽtem ſuper eum. ⁊ reliqua. Cum illis autem verbis non clamabit: neqꝫ eleuabit: neqꝫ audire faciet foris vocem ſuam. ⁊ reliqua. Euangeliſte omnes: ſue vite proceſſus recitantes: conueniunt. ⁊ ſic in omnibus alijs myſterijs in prophetia contentis. facta eſt conſumatio ꝙ nulli verita

Johannes

Mattheus

Johannes

ti aſſentiri volenti latere poteſt.

## Prophetia octaua.

Dem Eſaias capitulo. xxxxviiij. inquit. Selm-
i gu elal igim uebacſciuu leſimum meraboc ado-
nai mibeten cheraani mimmege immi bizgir ſce
mi; uaiasem pi cheberen badda bezel iado he-
chblani naisimeni lebez barur beascpato bisturani; uaio-
mer li gaudi atta iſrael ascer beba etpaar. ueani amarti la-
ric iagagti letobu uabeuel cobi chillidi aben miscpati et a-
donai uſgullati et elobai. uegatta amar adonai iozeri mibe
ten legeued lo lescioueu iagacou elau ueiſrael lo ieaseph
ueeccaued begene adonai ueelobai baia guzi. uaiomer na-
cal mebeiodeha li geued lebachim et sciute iagacou unzu
re isrl'lebasciu untactiba leor goim li biot iesciugati gad
cheze baarez. co amar adonai goel israel chedoscio liuzo
nefesc limtageu goi legeued moscelim melabim irru ueca
mu sarim ueisctabau lemagam adonai ascer neeman che
dosc israel ueiubareccha. co amar adonai beget razon ga-
nidiba ubiom iesciuba gazartiba veezorhavectenba librit
gam lebachim erez lebanbil nebalet ſciomemot. lemor la-
ſurim zeu vlaſcer baboſceb bigalu bal derabim irgu vb-
bol ſcefaim margitam. lo irgau velo izmau velo iacchē ſcia
rau vasciameſc chi merabamem inbagem vegal mabuge
maim ienabalem ueſamti col barai ladareb vmſillati iero-
muz. binne elle meraboc iauou vebinne elle mizzafon vmi-
ſam velle meerez zinnim runnu ſciamain vegili erez vſizbu
barim rinna chi nibam adonai gammovega. iiauo ierabē.

Latine. Audite inſule me: et attendite populi
de longe: dominus ab vtero vocauit me de viſceribus

Hebrea littera.

Latina littera.

matris mee recordatus eſt nominis mei. ⁊ poſuit os meum quaſi gladium acutū in vmbra manus ſue abſcondit me. ⁊ poſuit me ſicut ſagittam electā in pharetra ſua incluſit me ⁊ dixit mihi: ſeruus meus es tu iſrabel quo per te glorificabor. et ego dixi: inuanū laboraui inane ⁊ vane fortitudinē meā cōſūpſi. Propterea iudiciū meū cū dn̄o ⁊ op⁹ meū cū deo meo. Et nunc dicit dominus creans me ex vtero ſeruum ſibi: vt reducerem Jacob ad eum: ⁊ iſrabel non congregabitur: et glorificatus ſum in oculis domini: et deus meus factus eſt fortitudo mea. ⁊ dixit. Leue eſt. vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Jacob. ⁊ feces iſrabel conuertendas: ⁊ dedi te in lucem gentium. vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terre. Hec dicit dominus redemptor iſrabel ſanctus eius ad contemptibilem animā ad abominatā gentem ad ſeruum dominorum: reges videbunt et conſurgent principes ⁊ adorabunt propter dominum qui fidelis eſt ſanctum iſrabel qui elegit te. Hec dicit dominus in tempore placito reſpondi tibi: ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſū tui ⁊ ſeruaui te: ⁊ dedi te in fedus populi vt ſuſcitares terrā ⁊ poſſideres hereditates diſſipatas: vt diceres hijs q ī carceri⁹ ſūt exite. ⁊ hijs q ī tenebris reuelami. ſup vias paſcēt: ⁊ ī oib⁹ eminētib⁹ locis paſcua eo: nō eſurient neq; ſitiēt: ⁊ non percutiet eos eſtus ⁊ ſol. quia miſerator eorum ducet eos ⁊ ſuper fontes aquarum adducet eos. Et ponam omnes montes meos in viam: ⁊ ſemite mee exaltabuntur. Ecce iſti de longe venient: ⁊ ecce iſti ab aquilone et mari. ⁊ ecce iſti de terra auſtrali Laudate celi et exulta terra et iubilate montes laudem: quia conſolatus eſt dominus populum ſuum: ⁊ pauperum ſuorum miſerebitur.

Judeorum expoſitio Rabi ſalomon.

¶ Doctores nr̄i ī hac ꝓphetia eſaiā ꝺ ſeipō locutū eē aiūt Rabi ſalomōe dicēte: dn̄s ab vtero vocauit me. nam me in

vtero exiſtēte venit in mente ſua vt Eſaias vocarer: eo q2 ſalutem exultationemq3 prophetare debebā. Eſaias enim hebraice: latine ſalutē ſignificat. ⁊ poſuit os meu3 q̄ſi gladium acutū ad malos rephēdēdū: eorumq3 punitionē prophetandū: in vmbra manus ſue abſcōdit me: ne mihi nocere poſſent. et ego dixi inuanum laboraui vidēs. ſc3 meas reprehenſiones ipos nō recipe. Propterea iudiciū meū cu3 dn̄o. Ipſe enim ſcit id nō a me. Sed ab eis ꝓcedere. et iſrahel non cōgregabit. ita vt habita penitentia ad ipſū cōuertatur. Parū ē vt ſis mihi ſeruus: pro paruo munere reputat apud me vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tantūmodo tribus iacob ⁊ feces iſrahel cōuertēdas. Ego autē dedi te etiā in lucē gētiū. Nam babylōis ruinā prophetizādo in leticiam ⁊ gaudiū cunctis gentibus eris. hec dicit dn̄s ad cōtēptibilē animā ad iſrael. ſc3 qui contēptibilis ⁊ abominabilis vnicuiq3 ſeruuſq3 multorū domioꝝ eſt. Reges videbūt ⁊ cōſurgēt. fidelis enim eſt. vt promiſſionē abrahe factā obſeruet. ſanctus iſrahel ipe ⁊ eleget te in tpe placito. hoc eſt tpe orationis quum me depcaris ⁊ ante me humiliaris. et in die ſalutis auxiliatus ſum tui. i. quando ſalute indigebis et ſeruaui te ⁊ dedi te in fedus populi federis. ſc3 vt ſuſcitares terram iſrahel que pre omnes alias electa ē. vt diceres hijs qui in carceribus ſūt exite: hoc eſt tpe quo in captiuatione carceratis: dicam exite. Sup vias paſcentur ⁊ reliqua. que omnia dicit ꝙ in reditu veſtro ad hieruſalem in itinere reperietis. ¶ Quam q̄dem expoſitiōem ſi bene conſiderabitis: in multis deficere inuenietis. ipſa enim prophetiam ipſimet eſaie falſo attribuit. Nam ꝙ eſaias fuerit. Sicut hieremias ab vtero vocatus p ſacram ſcripturam teſtimoniu3 non habetur. nec etiam ꝙ gentibus aperto ſermone: et de directo niſi ruina3 ꝓphetauerit: quemadmodū per ſui libri diſcurſum manifeſte patet: ⁊ rabi dauid ſua expoſitōe clare

Confutatio rabi ſalomonis.

oſtendit. Cunq̃ʒ partem illam. dedi te in lucē gentiū. vt ſis ſalus mea vſq̃ʒ ad extremum terre; de eſaia verificari dicit. Propterea quia babylonis ruinaʒ: ex qua deus in vniuerſa terra laudandus erat: predicare debebat. dictum ſuū nullum eſt. Certum eſt enim ꝙ nomē talis ꝓphetie in vniuerſam terrā. ſic citato tempore exire non poterat. Obſtat preterea huic expoſitioni id quod de vno in alium traſgreſſionem facere oſtendit. ipſe enim prophetiam Eſaie primo attribuit: et deinde ipſius partē ad iſrabel flectit: illam ſcilicet hec dicit dominus in tempore placito reſpondi tibi: et reliq̃. q̃uis etiā nec ſup ipſo vt leui intuitu pʒ: verificari poſſit

Rabi dauid

¶ Exponitur adhuc prophetia hec: a rabi dauid etiā ſuper eſaia qui ſic procedit. Audite inſule. hoc ē habitatores inſularum. hec quidē verba ſūt ꝓphete de ſe ipſo loquētis Dixit autē Audite populis a ſe diſtantibus: ac ſi apud eū eſſent. Propterea quia futurā eorum punitionē eis pluries prophetauit: quēadmodū de aſſirijs babylonia ⁊ moab ⁊ alijs per ſuū librum aperte videtur. Dñs ab vtero vocauit me: quaſi diceret: ſi ego ſup vos mala ꝓphetizo: nolite admirari; ab vtero eñ ad ꝓphetiā diſpoſitus fui. Nec poſſum ego a prophetia excuſari. nam deus ipſe poſuit os meum quaſi gladium acutū: vt ea que ventura ſunt: abſq̃ʒ metu dicerem. ⁊ in vmbra manus ſue abſcondit me: ne iſrabel eſto ꝙ etiam illis mala predicam: mihi nocere poſſit. ⁊ poſuit me ſicut ſagittam electam: vt gentibus a me diſtantibꝰ Lingua mea offendere poſſem. Dixit ergo quaſi gladium pro iſrabel. prope ſe exiſtente. ſicut ſagittam vero pro alijs nationibus longe morantibus explicauit. ⁊ dixit mihi: ſeruus meus es tu. nam tanq̃ʒ ſeruus ad mandata mea faciendum preparatus es. Dictio autem illa, iſrabel ⁊ pro iſrael vniuerſaliter ſtat: ⁊ pro eſaia quem noīe iſrael appellat: q̃ſi diceret: ſeruus meꝰ es tu iſrael. i. eſaias: de quo ſic glorifi-

cabor: ſicut dñs qui in ſeruo ſuo fideli glorificari põt. ⁊ ego videns: quoniã ob reprehenſiões meas ad deũ minime reuerſi ſunt: dixi inuanum laboraui. Propterea iudiciũ meũ ⁊ opus meũ cum dño: qui ad eos me miſit cum quo ſuper hoc litigabo. Et nunc dicit dñs creans me ex vtero ſeruuꝫ ſibi: vt reducerem iacob ad eum: poſtq̄ ꝑpter hoc creauit me: ⁊ voluit ꝙ eſſẽ ſibi ſeruus: vt meis reprehenſiõbus ad eum iacob reducerẽ: ad ſuaq̄ꝫ ſeruitia iſrahel cõgregarem. ſi huic nõ ꝓficiet generatiõi. Sufficit mihi in oculis dñi glorificari q̄ꝺq̄ꝫ ipſe fortitudo mea ſit. ⁊ dixit: leue ẽ admiratiue carente littera admirationis que eſt he. ac ſi diceret nunquid leue eſt in oculis tuis: eo quia te inuanuꝫ laboraſſe dixiſti: vt ſis mihi ſeruus ad tale exercenduꝫ officiũ. nõne ſufficit tibi mandatũ meum obſeruaſſe. etiã ꝙ ipſi te non audiant: ⁊ adhuc ad ſuſcitandum tribus iacob ab eiectione captiuitatis in q̄ua ſunt: ⁊ ꝙ bona que ego ſuꝑ eis docturus ſum: prophetaſti. necnon ⁊ feces iſrahel ad ſuam antiquitatem cõuertendas. nõ obſtante ꝙ te in lucẽ gẽtiũ dedi. videbunt enim tuas ꝓphetias in futurũ verificatas: ⁊ ad viam rectã cõuertenẜ: ita ꝙ ꝑ te illuminate erunt ⁊ ſic ſalus mea eris vſq̄ꝫ ad extremũ terre. cum enim iſrahel poſt gog magog bellum ſaluabitur: ſaluabunẜ etiam ⁊ gentes: venietq̄ꝫ omnis caro me ſalutare. chriſtianis autem prophetiam chriſto ihesu attribuentibus: cum dicunt ipſum in lucem fuiſſe gentium oculoſq̄ꝫ populorum vſq̄ꝫ ad extremum terre illuminaſſe. dicas ipſe ſi deus cur ſeruus nuncupatur: cumq̄ꝫ et deus meus factus eſt fortitudo mea: inquit. Signum eſt enim quod ex ſeipſo fortitudinem non habebat. et conſequenter deus non erat. Non enim veriſimile videẜ poſſe gentiũ oculos illuminare: q̄ ſe adiuuare ꝑtãtẽ nõ habuit. ſuã quoq̄ꝫ fidẽ maior pars gẽtiũ nõ tenet. quia nec

iſmaelitici; nec iudei eam tenēt. Ipſuz inſup dicere videm⁹ deum fortitudinē ſuā eſſe ad eum de manu inimicoꝝ eripiendū. cuius oppoſitum viſum fuit. traditus. n. eſt in manib⁹ querentiū eum: ⁊ ab illis interfectus. Hec cōtra chriſtianoſ

¶ Deinde ſequitur. Hec dicit dn̄s redēptor iſrahel a gētium ſcilicz captiuatione. nam prophetie immediate ſequentes meſſie tempore adimplēde ſūt. Sanctus eius: ſanctificabitur. n. in eum per miracula que in ipſo faciet: duz ipſos a captiuatione educet: ad cōtētibilem animā: ⁊ reliqua: que hic dicuntur ad iſrahel qui cōtemtibilis ⁊ abomiabilis cuiqꝫ genti ſeruus quoqꝫ multoꝝ dominoꝝ quaſi ſemper fuit Reges videbūt mirabilē ſcz redemptionem ſuam et cōſurgent: ⁊ ſalutabunt: propter dn̄m: quia fidelis eſt ad ſuam ꝓmiſſionem obſeruandā. Hec dicit dn̄s in tempore placito: hoc eſt tēpore quo tu iſrahel meā voluntatē feciſti: ego reſpondi tibi. et in die ſalutis. i. die quo mea ſalute indiguiſti auxiliatus ſū tui. ita ꝙ hucuſqꝫ ſeruaui te: ⁊ ſic ſeruabo donec te in fedus populi dabo. i. in cōfirmationem populi: ad ſuſcitandum terrā. ſ. hieruſalem: ipſamqꝫ que longo tpe deſerta fuit hereditandum. vt diceres hijs qui in carceribus ſūt exite. ipſi enim acſi carcerati eſſent ⁊ in tenebris reputāt ſup vijs paſcent: et reliqua. q̄ in reditu veſtro ad hieruſalez vobis contingent: aſſerit.

Confutatio rabi dauid

¶ Qua quidē expoſitōne rabi Dauid ſuā prauitatē apte oſtendit. dūmodo em̄ prophetiā a xp̄o iheſu pro quo dicta fuit: peruertere credat: dubia que ſuis dictis oriunt cōſiderare non videt. Nā ꝑut et alijs ſibi cōtigit prophetijs hāc in partes diuidere cogitur alteram ſcilicet iſraheli attribuēdo: facto preſuppoſito ꝙ tota de eſaia loquat. itaqꝫ ſuis dictis nulla reperitur colligantia: quaſi vt dici poſſit ꝙ ipſe ſe ipſū nō intellexerit. deducit quoqꝫ vt clauſulā illā: ſeru⁹ meus es tu iſrahel quo ꝑ te glorificabor totā ſup Eſaia expo-

nat: ita ut dictiōz illā iſrahel ipſummet Eſaiā denotare dicat; Partem preterea illā: & dixit leue eſt ut ſis mihi ſeruus. & reliqua. A proprio ſenſu cū unius lr̄e adictōne ꝯuertit. uult enim ut he vna ibi apponat. cogens lr̄am admiratiue loqui ex quo totius diſcurſus ſenſus deſtruit. Demū qui verborum huius rabi fundamentū intelligere uult: verba ſua ſuper ptem illam: & dedi te in fedus populi. & reliqua conſideret que iſraheli abſq; aliqua veritatis cōſideratione attribuere non erubeſcit. certū eſt enim q̄ cū illo de quo cepit dicere dn̄s ab vtero vocauit me: in preſenti loquit: qui cūcta que hic continent facturus erat. ſuis aūt nullis contra chriſtianos obſtantijs: per veram ſubſequentē expoſitiōem: que totalem ꝓphetie ꝓceſſum ut videbitis amplectet, dei auxilio respondet. ¶ Dico itaq; q̄ cum quemadmodū per alias conſtat prophetias. xp̄us in terram deſcenſurus eſſet. ut iudeos principaliter ſaluaret. & eoꝝ magna pars eum receptura n̄ eſſet. ſꝫ gentes efficatius: ideo tale myſteriū explicare intendens xp̄i nomine propheta inquit. Audite inſule & attendite populi de longe: dn̄s ab vtero vocauit me: & dixit mihi ſeruus meus es tu iſrahel: quo per te glorificabor. volens ex hijs verbis oſtendere ipſum primo & principaliter pro iſrahel vocatum atq; ſeruatum fuiſſe myſterium quoq; paſſionis ſue illis proprie proficuū eſſe debere. etſi inter eos conſumandum eſſet. debet enim particula illa. & dixit mihi. ſeruus meus es tu iſrahel. quo per te glorificabor. ex ui tabamim: ſic intelligi videlicet ſeruus meus es tu in iſrahel. quo te mediante glorificabor. ſcitis enim ſuper dictōem illā iſrahel tabam id quod gabaia vocat reperiri: ipſā cogens. ut ſola abſq; precedentis dictionis aut ſubſequentis adherentia proferat. vim quoq; ſibi dans quaſi hec ꝓpoſitio in cū ea cōiuncta eſſet. Cū aūt ipſi pro maiori pte ipm recepturi non eſſent. ſequit: & ego dixi inuanū laboraui inane et

Catholica expoſitio.

vane fortitudinē meā ↄſumpſi. propterea iudiciū meū cum dn̄o: ⁊ op⁹ meū cū deo meo: eo q꞉ fruſtra q̄ bāmō ꝓ eis ſer nat⁹ ſuȝ. ad q̄ verba ipſi⁹ xp̄i noīe rn̄dēte ꝓpheta ſubdit. ⁊ nūc dicit dn̄s creans me ex vtero ſeruū ſibi. vt reducerē ia cob ad eū: et iſrahel nō ↄgregabitur. et glorificatus ſum in oculis dn̄i: ⁊ deus meus fact⁹ eſt fortitudo mea. ⁊ dixit. le ne eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas trib⁹ iacob et feces iſrahel cōuertēdas: ⁊ dedi te in lucē gētiū: vt ſis ſalus mea vſq꞉ ad extremū terre. q̄ſi diceret. poſtq̄ȝ iſrahel oīs: vt cog noſcat in mulieris vterū me pro eis veniſſe: nō ↄgregabit. ideo pater dn̄s dixit mihi: parū ē vt ſis mihi ſeruus ad ſuſci tandas tm̄ tribus iſrahel. ſȝ dedi te in lucē gētium: vt ſis ſa lus mea vſq꞉ ad extremum terre. per que verba ꝓprie gen tes ad xp̄m vocant. ꝑ eius. ſ. incarnationis myſteriuȝ ſueq꞉ paſſionis glorificationē: ac etiā aploꝝ p̄dicatiōes: q̄re dixit ⁊ glorificatus ſum in oculis dn̄i: et deus meus fact⁹ ē for titudo mea. Cui⁹ cauſa iſrahel increpando ꝑgit ꝓpheta et dicit. Hec dicit dn̄s redēptor iſrahel ſanct⁹ eius ad contē tibilē animā ad abominatā gentē: ad ſeruū dn̄oꝝ: reges vi debunt ⁊ conſurgēt p̄ncipes et adorabūt ꝓpter dn̄m. q̄bus terminis notāt vſ⁹ ē: vt veſtrā naturā indicaret q̄ eſt ſemꝑ inuite ⁊ coacte ſeruire: et pro veſtra laudabili vita vnicuiq꞉ abominabiles atq꞉ odio eē. Quamobrē ⁊ bono tibi reſua to alie gentes frui debebāt. Cui ſnīe ab ipſomet Eſaia cap. lx. ſimilis habet: cum inq̄t. Surge illuminare ſyon et reliq̄. vbi ait. ⁊ ambulabunt gentes in lumine tuo: necnō de tri bus regibus magis cum thure et auro ad chriſtum ventu ris mentionē facit. Demum ea que ꝑ xp̄m fiēda erant. bre uiter hic enarrando ꝓpheta cōcludit. hec dicit dn̄s in tēpe placito rn̄di tibi: ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſum tui: ⁊ ſerua ui te ⁊ dedi te in fedus populi. ⁊ reliqua. Per que verba ſum narie oſtendit qualiter pro fedu populi iſraelitici xp̄us principaliter ſeruatus fuit. ⁊ vt alias gentes ad fidē ſuſcita

ret illaſqꝫ per ipſam poſſideret. cū inqt: vt ſuſcitares terraꝫ: ꝛ poſſideres hereditates diſſipatas. necnon et vt limbum expoliaret. cum dixit. vt diceres hijs qui in carceribus ſunt exite. ꝛ hijs qui in tenebris reuelamini. ꝛ deniqꝫ leticiam q̄ in celo et in terra ſup ꝯuerſione apoſtoloꝝ: aliorumqꝫ iude orum pauperꝝ ſpū ēē debebat. propheta ſignificare intēdēs hijs verbis ſermonē aſtringit. Laudate celi et exulta terra ꝛ iubilate montes laudē: quia ꝯſolatus eſt dn̄s populuꝫ ſu um. et pauperū ſuoꝝ miſerebitur. Ut autē velū caliginis p doctores vr̄os an̄ oclos vr̄os poſitū remoueā: vos n̄ igno rare volo q verba q̄ hic continentur ſuper quibus rabi da uid argumenta ſua fortificat. ad chriſtum quo ad eam par tem humanā: que paſſura erat referuntur. per quam parteꝫ vt prophetie adimplerēt in manibus q̄rentium eum tradē dus erat. Quapropter ipſius rabi dauid rationes contra chriſtianos nulle ſunt. ꝛ ſi de veſtroꝝ errore meli᷒ certifica ri vultis ꝓphete ſtilū animaduertite: q queadmodū ꝛ ipſe ꝛ alij faciūt cūctis meſſie myſterijs explicat᷒ vos cū vr̄a p᷒ antixpi bellū ad xp̄m ꝯuerſionē ꝯſolat cū inqt. ꝛ dixit ſyon dereliqt me dn̄s: ꝛ dn̄s oblit᷒ ē mei. ꝛ reliq. vbi etiā q rui na vr̄a a vobis ipis cauſata fuerit manifeſtū facit. Per vba illa feſtinati ſūt filij tui deſtruētes te ꝛ diſſipātes a te exibūt

¶ Quod āt ꝓphetia tota i xp̄o ieſu nazareno verificata fue rit: p ſe oib᷒ notū ē. Atn̄ qd p euāgelia teſtimōiū hr̄. volo in pte noticiā hēatis. ¶ Nā ipꝫ p iudeis pncipalr veniſſe. teſtat Marc᷒. c. vij. ſup re chananee dicēs. ſine p᷒ ſaturari filios. Et Lucas. c. vlti. cū ait. hec ſūt verba q̄ locut᷒ ſū ad vos cū adhuc eſſē vobiſcū. qm̄ neceſſe ē ipleri oīa q̄ ſcpta ſūt i lege moyſi ꝓphet ꝛ pſalmis d me. vbi ſubſeqnt ait. ꝛ p dicate i noīe ei᷒ pniam ꝛ remiſſiōꝫ pctōꝝ i oēs gētes inci pientibus a hieroſolima. Et cōfirmatur hoc p apoſtoloruꝫ actus capitulo pmo ex parte illa. ſed accipientes virtutem

Concordia cuꝫ euangelio

Mattheus

Lucas.

Apoſtolorum actus

ſuperuenientis ſpiritu ſſancti in vos: eritis mihi teſtes in hie
ruſalem: ⁊ in omni iudea ⁊ ſammaria. et vſq; ad vltimū ter
re. Et capitulo: xiij. paulo ⁊ barnaba in iudeoꝝ ſynago
ga predicātibus a iudeis increpatis q talia verba monerūt
Uobis oportebat primū loqui verbū dei. ſed quoniā repel
litis illud: et indignos vos facitis: eterne vite: ecce conuer
timur ad gentes. ſic enim precepit nobis dñs: poſui te in lu
cem gētium: vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terre.

Qđ autē plures gētes ad xpi fidem venerint: ⁊ cū gau
dio ex verbis ibidē ſequētibꝰ patet: dicentibus. Audientes
autē gētes gauiſe ſūt: ⁊ glorificabant verbum dñi: ⁊ credi
derunt quotquot erant preordinati ad vitā eternā. ⁊ reliq.
Conſiderate igitur o miſeri vbi antiqui veſtri vos coꝝ pra
uitate collocarunt. id eniȝ qđ pro vobis principaliter ſerua
tum fuit bonum: alij poſſident: ⁊ vos eo priuati eſtis. Quā
obrem vos inde recedite: ⁊ deū querite: quē ſemꝑ inuenie
tis: multus enim miſericordie eſt.

## Prophetia nona.

Idem eſaias capitulo. lij. Inquit. Ma nau gal
hebarim ragle meuaſſer maſcmiag ſcialom me
Hebrea littera. i uaſſer tou maſcmiag ieſciuga omer leſion ma
labe elohai. col zofaich naſeu col iahdau ierane
nu chi gain begain irru beſciu adonai ſyon. pizhu ranenu
iahdau horeuot hieruſcialaim chi nibam adonai gāmo ga
al hieruſcialim haſaf adonai et zeroag codſcio legene col
hagoim verau col aſſe arez et ieſciugat elohenu. ſuru ſuru
zeu miſciam tame al tigagu zeu mitto ha hibaru noſce chele
adonai. chi lo behipazon tezeu vbimnu ſa lo telehum chi
holeh liſnehem adonai vmaaſſe hem elohe iſrahel. hinne
iaſchil gaudi iaruȝ veniſſa vegaua meod caaſcer ſciamemu

galeba rabim chen miscbat meisc marrebu uetoaro mibe-
ne adã. chen iaze goim rabim galau icpezu melabim pibem
chi ascer lo ſuppar labem rau ueascer lo sciamcu bitbona
nu. mi beemin liscmugatenu uzroag adonai gal mi niglata
uaiagal caionec leſanau uecasciorcsc meerez zia lo toar lo
uelo badar uenirrebu uelo marre uenabmedebu. niuze ua-
badal iscim isc macouot niduag boli ucmaster panim mi-
mennu niuze uelo basciaunubu. aben bolaienu bu nasa
umabouenu ſeu alam ueanabnu baſciaunubu naguag muc
che elohim ſigunne. uebu mebolal mippesciagenu meduc
ca megauonotenu musar scielomenu galau ubabauorato
nirpa lanu. cullanu cazzon taginu isc ledarco paninu uado
nai biſgiag bo et gauon cullanu. nigas uebu nagane uelo iſ
tab piu caſſe latteuab iubal ucrabel liſne cozzezeba neela-
ma uelo iſtab piu. megozer umimmiscpat luccab ueet do-
ro mi iesobeab chi nigzar meerez baim mippesciab gam-
mi negab lamo. uaitten et resciaim chiuro ueet gascir be-
motau gal lo bamas gasa uelo mirma beſiu. uadonai baſez
daccheo bebelli im tasim asciam naſscio irre zerag iaarib
ſamim uebeſez adonai beiado izlab. megamal naſscio irre
isbab bedagto iasdic zadic gaudi larabim uegauonotam
bu isbol. laben aballec lo barabim ueet gazumim ieballec
scialal tabat ascer begera lammauet naſscio ueet posce-
gim nimna uebu het rabim naſa uelapposcegim iaſgiab.
¶ Latine q̃ pulchꝛi ſuꝑ montes pedes euangelizantis: et
pꝛedicantis pacem annũctiantis bonũ pꝛedicantis ſalutem Latina littera.
dicẽtis ſyon regnauit deus tuus. vox ſpeculatoꝝ tuoꝝ leua
uerũt vocẽ ſimul laudabũt. quia oculo ad oculũ videbunt
dũ reuertet̃ dñs in ſyon. gaudete ⁊ laudate ſimul deſerta hi
eruſalẽ: q̃a cõſolatus eſt dñs populũ ſuũ redemit hieruſalez
manifeſtauit dñs brachiũ ſanctũ ſuum in oculis omniũ gen
tium: ⁊ videbũt oẽs fines terre ſalutarẽ dñi noſtri. Recedite

receditе exite inde pollutum nolite tangere. exite de medio
eius: mundamini qui fertis vaſa domini. quia non feſtinan-
ter exibitis: nec in fuga properabitis iter. precedet eniꝫ vos
dominus ⁊ congregans vos deus iſrahel. Ecce intelliget
ſeruus meus exaltabitur. ⁊ eleuabitur et ſublimis erit val-
de. Sicut obſtupuerunt ſuper te multi. ſic inglorius inter vi-
ros aſpectus eius: et forma eius a filijs hominum. ſic aſper-
get gentes multas. ſuper ipſum aperient reges os ſuum. qꝛ
quod non fuit narratum eis viderunt. ⁊ qđ non audierūt
Capitulū. liij. contemplati ſunt. ¶ Quis credidit auditui noſtro
et brachium domini cui reuelatum ē: ⁊ aſcēdit ſicut virgul-
tū corā eo: ⁊ ſicut radix đ terra ſitiēti ñ ē ſpēs ei: neqꝫ decor
⁊ vidimꝰ euꝫ. ⁊ ñ erat aſpectꝰ vt deſiderarēmꝰ eū. deſpectꝰ
⁊ nouiſſimꝰ viroꝝ vir dolorū ⁊ aſſuetꝰ infirmitate: ⁊ q̄ſi ab
ſcōditꝰ vultꝰ a nobis vilis ⁊ ñ reputauimꝰ euꝫ. vere lāguo
res nr̄os ip̄e tulit: ⁊ dolores nr̄os ip̄e portauit: ⁊ nos repu-
auimꝰ eū vlceratū ꝑcuſſū a đo ⁊ afflictū. ip̄e āt vulneratꝰ ē
ꝓpt̄ iniq̄tates nr̄as: attritꝰ ē ꝓpt̄ culpas nr̄as: diſciplīa pa-
cis nr̄e ſuper eū ⁊ liuore eiꝰ ſanati ſumꝰ. oēs nos q̄ſi oues er-
rauimus: vnuſqſqꝫ in viaꝫ ſuā declinauimus: ⁊ dn̄s placa-
tus ē cū eo de iniq̄tate oīm nr̄m. ꝑcuſſus ē ip̄e ac leſus ⁊ ñ
aperiet os ſuū. ſicut agnꝰ ad occiſionē ducet̄: ⁊ q̄ſi ouis co
rā tondēte ſe obmuteſcit: ⁊ nō aperiet os ſuū. De anguſtia
⁊ de iudicio ſublatꝰ ē: ⁊ generationē eiꝰ q̄s enarrabit̄: abſci
ſus ē. n. de terra viuētiū ꝓpter ſcelus ppl'i mei: ⁊ vlcus qđ
erat eis. ⁊ dedit ſicut impij ſepulturā ſuā. ⁊ q̄ſi diues mortē
ſuā nulla iniq̄tate facta: neqꝫ dolo repto ī ore eiꝰ: ⁊ dn̄s vo
luit cōterere eū: ⁊ infirmare: ſi poſuerit ſe ꝓ pctō aīa ſua vi-
debit ſemen elongabit dies: ⁊ voluntas dn̄i in manu eiꝰ ꝓ
ſperabitur. ꝓ labore anime eius videbit ſaturabit̄ in ſapien-
tia ſua iuſtificare faciet. ſeruꝰ meus iuſtꝰ multos ⁊ peccata
eorum ip̄e portabit. idō ꝑticipare faciā eum cū pluribꝰ ⁊ cuꝫ

fortibus diuidet ſpolia pro eo q tradidit ad mortē animam ſuā: et cū iniqs reputatus ē: et ipſe peccā multoꝝ tulit: et pro transgreſſoribus rogabit. et reliq vſq ad eſaie libri finē.

Quāq ſup ꝓphetia hac: viri iudei vt ipſam a vero ſenſu ꝑuertant: doctores veſtri multa dicāt. credo tñ q̄tuꝫ de ea ipſi ꝯturbati ſint me bene noſcere nō negabitis. q ſi eoꝝ a ꝓphetie veritate diſtātia: ſicut mihi vobis aperta eēt: nō dubito doctrinā eoꝝ. ſicut et ego feci: vos fugere. et vos nō ignorare volo: inter de xp̄o loquētes prophetias. hāc p̄maꝫ fuiſſe que ad alias cōtēplandas me traxit. Quāobrem vt ſaltē ipſaꝫ diligēter ſine paſſione ꝑſcrutaremini a vobis obtinere nō parum cuperē. me. n. certum redderē q per eam paradiſi ianue vobis aperirentur. — Judeorum expoſitio

Et cum doctores veſtri oēs: dempto rabi ionata: qui ipſam meſſie attribuit. de vobis ipſis loqui dicant. ideo rabi Dauid expoſitioneꝫ: qui contra chriſtianos callidius alijs procedit dumtaxat recitabo: quāuis quibuſdam neceſſarijs locis quarundam notabilium partium. ex aliorum rabi opinionibus mentio fiet. — Rabi ionata.

Inquit itaq rabi dauid ꝓphetiā in ꝑtes plures diuidendo q̄ pulchri ſup mōtes erunt pedes euāgelizātis: et ꝑdicantis vocē meā. prenunciantiſq pacē: bonū et ſalutē: dicēdo ſyon regnauit deus tuus. Attribuit enim partem hāc vſq. Ecce intelliget ſeruus meus veſtre a captiuitate liberationi. Vſq enim tempus illud dicit deum non regnare quodammodo viſum eſſe. tunc autem: quoniam ipſe regnauit omnes vnanimiter dicent: et vult prophetam hic methaphorice loqui. inquit enim rem illam: per orbem totum ſic manifeſtam eſſe debere quaſi homines ſaluatōis voceꝫ ſuper montes intelligere facerent. Vox ſpeculatoꝝ tuoꝝ. i. prophetarum tuorum leuauerunt vocem hoc eſt leuabunt vocem cum leticia ſimul et laudabunt. q oculo ad oculum — Rabi dauid

videbunt. id eſt prophetico ſpiritu videbunt dñ reuertetur dñs in ſyon. ſ. gloria domini. ⁊ hic quidem eſt ꝓpheticus ſpiritus qui poſt mortẽ agei zacharie ⁊ malachie ablatus ẽ qui tunc iſraheli reſtituet̃ ⁊ habundantius. gaudete et laudate ſimul. i. leuate ſimul vocẽ. manifeſtauit dñs brachium ſanctum ſuum: methaphorice loquendo. eorum enim ſalutare omnibus manifeſtum erit. Recedite recedite ad maiorẽ rei corroborationem. exite inde. ſcꝫ a captiuatiõe. pollutum nolite tangere. edom videlicet ⁊ iſmaelẽ: inter q̃s captiui fuiſtis. exite de medio eius. i. de medio cuiuſlibet ciuitatis ipſoꝝ mundamini ab omni turpitudine ⁊ ſcelere vos q dñi vaſa fertis. veſtra enim bellica vaſa: vaſa dñi erunt. nã alijs non indigebitis. cuius ratio erit: quoniã non feſtinanter: ſed eleuata manu abſqꝫ metu exibitis. precedet. n. vos dominus qui ab omni impedimento vos tutos reddet.

¶ Ecce intelliget ſeruus meus pagina hec ſuper iſrahel: captiuo exiſtente a deo dicta fuit quẽ quẽadmoduꝫ ſupra vbi ⁊ tu iſrahel ſerue meus inqt. ſeruum appellat. dicit itaqꝫ ꝙ iam tempus veniet quo ſeruus meus iſrahel exaltabit̃: ⁊ eleuabitur ac ſublimis valde erit. vbi rabi dauid dictionẽ illam intelliget: pro proſperabitur accipit. ſicut obſtupuerunt ſuꝑ te multi. hoc eſt ſicut de tuo infimo ſtatu multi admirati ſũt: ⁊ merito cũ tuũ aſpectũ plus ceteris inglorijũ viderint ſic aſperget. i. aſpergere faciet ad gentes multas eloquium ⁊ ſermonem deus extra: vt ſicut de tuo abiecto ſtatu admirati ſunt. ſic ⁊ de tua maxima releuatione admirate loquãt̃ loquitur aũt hic q̃nqꝫ ad p̃mã: q̃nqꝫ ad ſcdãm ꝑſonam propheta prophetico more. ſuper ipm aperient reges os ſuum magnã ipſorũ gloriã cõtemplãdo: qꝛ ſi qð nõ fuit narratuꝫ eis viderunt tm̃modo. ſed longe plura. Quis credidit auditui noſtro verba hec a gentibus tunc dicentur hoc mõ videlicet q̃s auditui quẽ de eo a ꝓphetis: ⁊ ab ipſis met au-

dicebamus credidiſſet. nunqȝ.n. quod oculis noſtris nunc videmus: de illis credidiſſemus. ⁊ brachiū dn̄i cui reuelatum ē. ſicut huic genti. aut dixit: cui admiratiue: quaſi dicāt vide cui inſimo ⁊ abiecto populo dn̄i brachiū reuelatum ē: ⁊ aſcendit ſicut virgultum coram eo. i. quaſi virgultū ſterili loco exiſtens: cui nulla ē pulchritudo. ſic ipſe a dn̄o aſcendit: ita ꝙ ipſum dū captiuatione exiſtebat vidimus ⁊ ñ erat eius aſpectus niſi turpis: ⁊ ab alijs difformis. ⁊ deſiderauimus eum: hoc eſt ⁊ non deſiderauimus eum. predictuȝ.n. non pro duobus ſeruit: ac ſi diceret: ⁊ vidimus eum: ⁊ non erat aſpectus: nec deſiderauimus eum. ¶ Deſpectus ⁊ nouiſſimus viroꝝ non ſolū nō deſiderauimus cū: ſȝ etiā deſpectus in oculis nr̄is erat: ⁊ viroꝝ nouiſſimus: vir doloruȝ ⁊ aſſuetus infirmitate. i. laboribus ⁊ captiuitatis anguſtijs. dixit autē aſſuetus: eo quia patienter omnia tolerat. ⁊ quaſi abſconditus vultus a nobis. vultum.n. noſtrū abſcondebamus ne ipm̄ aſpiceremus. ſic ipſum indeſpectuȝ habebam⁹ Uere languores noſtros ipſe tulit. ſcriptum eſt ab ezechiele: filius non portabit iniquitatem patris ⁊ pater non portabit iniqtatem filij. Quanto magis ꝙ nec vnus homo pro alio. aut gens vna pro alia. Quid igitur dictuȝ hoc ſibi vult vere languores noſtros ipſe tulit: ⁊ illud vulneratus ē propter iniquitates noſtras: ⁊ liuore eius ſanati ſumus. nec ſimile eſt hoc dicto hieremie trenorum libro: patres noſtri peccauerunt: ⁊ non ſunt: ⁊ nos iniquitates eorum ſubtinuimus: illud enim cum dicto moyſi. exodi. xxxiiij. conuenit dicentis qui reddis iniquitatem patrū filijs: et reliqua. quod cum viam patrum filij ſecuntur intelligitur. id autem quod hieremias dixit. Dolentium more qui verba ſua non conſiderant dixit. ⁊ ſic etiam hoc quod de iſrahel populi dicēt ex nimia admiratione inconſiderate dicent: non ꝙ propter eorum iniquitates iſrahel paſſus ſit. ſed ipſius gloriam tūc

videntes quod ipſe veram obſeruauerit fidem: ipſi vero falſam: cõfeſſi erant. Quãobrem id quod ipſi pati debebãt: de iure mali: in iſrabel redundatũ fuiſſe dicent. ⁊ ſic pro eis ipſum attritũ fuiſſe putabunt. Quapropter dicent: ⁊ nos reputauimus eũ pro peccato ſuo a deo percuſſum ⁊ uulneratum: cuius oppoſitũ nunc videmus: quia non pro ſuo: ſed pro noſtro paſſus eſt. ita quod nos eius liuore ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus paſtorẽ. ſ. nõ habentes. ⁊ unuſquiſqꝫ in viam ſuam poſt deum ſuum declinauimus. nũc autem videmus: quia omnes preter iſrabel: cum quo veritas erat errauimus. ⁊ dñs repoſuit in eo iniquitatẽ omniũ noſtrum. i. punitõnem iniquitatũ. percuſſus eſt ipſe ac leſus: hoc eſt percuſſus in bonis ⁊ leſus in perſona: ⁊ tamẽ ut ex hijs cõquereretur: os ſuum nunqꝫ aperuit. ſed tanqꝫ agnus qui ad occiſionem ducit: ſeu ouis que coram tõdente ſe obmuteſcit: ſtabat. de anguſtia captiuitatis. ſ. a qua detentus erat ⁊ de iudicio depredationis a qua verebatur: ſublatus iam eſt ⁊ redemptus. Et generatiõem eius quis enarrabit. i. quis ſuam generationem adeo excelſam putaſſet. abſciſus eſt. n. de terra viuẽtium: cum de terra ſua que hoc nomine appellabatur: captiuus egreſſus eſt. Propter ſcelus populi mei ⁊ ulcus eorum: quiſqꝫ populus dicet quod propter ipſius ſcelus ipſe vulneratus eſt: nõ autem quod ipſe ob ſua mala opera id meruerit. ⁊ dedit ſicut impij ſepulturã ſuam: quia ſic ipſos in captiuatione occidebamus: quemadmodum ⁊ impij ſua iniquitate interficiuntur: ac ſi merito ⁊ iuridice id feciſſemus. Dixit autem ⁊ dedit. ſ. ipſe ſua voluntate. dicebant enim eis aut mori te oportet: aut legi tue renunctiare: ipſe vero ex hijs mortem eligebat. Dixit quoqꝫ ⁊ quaſi diues. nam etiam diues: ut ſua arripiantur bona: interficitur. Et dominus voluit conterere eum: ⁊ infirmare. non enim in hijs que in

captiuatione a nobis paſſus eſt:cauſam aliam videmus: ni
ſi ꝙ pro ſceleribus noſtris:ſeu ex dei:quam ignoramus vo
luntate:id fuerit. Si poſuerit ſe pro peccato anima ſua: ve-
re nunc cognoſcimus ꝙ pro malo quod ipſe paſſus eſt:bo-
num meritum ei retribuitur. Nam ſi poſuit ſe anima ſua lo-
co peccati:grande ſemen videbit. Ezechiele dicente:multi-
plicabo eos:ſicut oues homines. Elongabit dies:etas ſua
longa erit prout infra propheta inquit. Sicut dies arborum
erunt dies populi mei. Et voluntas domini que erat ipſum
in captiuatione conterere: nunc ſibi proſpera erit: multipli-
cabit enim ipſum:ſibiqꝫ immenſe beniuolus reddetur. Pro
labore anime eius: ab iſta parte deus de iſrabel loquendo:
talia fatur. Pro labore quem in captiuitate ſuſtinuit: retri-
butio erit. quoniam rem bonam qua bene ſaturabitur: vide
bit. Et in ſcientia ſua iuſtificarī faciet. Seruus meus iſrabel
iuſtus: populos multos: quia quemadmodum ſupra pro-
pheta dixit:ſcientia domini tota terra repleta erit. ⁊ pecca-
ta eorum ipſe portabit. nam iuſticia ſua ⁊ bonitate aliarum
gentium peccata portabit:ſuis enim meritis:orbe toto pax
⁊ bonum a me dabitur. Ideo participarī faciam eum cū plu
ribus: ⁊ cum fortibus diuidet ſpolia. verba hec de gog ma
gog:aliarumqꝫ gentium cum ipſo venientium:ſpolijs intel-
liguntur. que quidem ſpolia iſrabel: pro eo ꝙ in captiuatio
ne animam ſuam ad mortem tradidit:concedentur. Et cum
iniquis reputatus eſt. ut ſupra dixit: ⁊ dedit ſicut impijs ſe-
pulturam ſuam. Et ipſe peccata multorum tulit. ea enim
que indebite gentes ſibi faciebant:cum patientia tolerabat
⁊ cum hoc pro tranſgreſſoribus rogabit: non obſtantibus
enim malis illis: pro eis deum orabat. ut fructus terre eis
habundanter pacificeqꝫ daret. ¶ Chriſtianis autem xp̄o
iheſu nazareno ꝓphetiā attribuētibus dicas dictōnes illas

intelliget exaltabit: eleuabit: et ſublimis erit valde. ad quid ꝓpheta explicauit. Nã ſi pro ſua humanitate: talia in eo viſa nõ fuerũt: niſi q̃tum in ligno quo ſuſpenderũt euz: exaltatus fuit: ſi vero ꝑ diuinitate iam ante aduentũ eius exaltatus erat. Dicit quoq; ꝓpter ſcelus populi mei. ulcus eis ꝙ ſecundũ eos ulcus ei dicere debebat. Clauſulã preterea illã: videbit ſemẽ ſi ꝑ humanitate dixit: ipſe filios nõ habuit ſi ꝑ diuinitate vero: et ꝑ filijs diſcipulos intelligere voluit: hoc nõ reperit. Diſcipuli. n. q̃nq; filij nuncupant: nõ aũt ſemen: et vltra hec deo ſemẽ nõ eſt. dixit inſuꝑ: elõgabit dies: qḋ q̈dem q̃tum ad humanitatẽ minime viſum fuit. quo aũt ad diuinitatẽ dies dei eterni ſunt. Et demũ cũ dixit: et ꝑ trãſgreſſoribus rogabit. ſi ipſe deus erat: quẽ pro trãſgreſſoribus rogare volebat:

Confutatio rabi dauid

¶ hec igit ſunt iudei viri: quibus ſuꝑ ꝓphetia hac. et vobis et ſibi rabi dauid ſatiſfacere credidit. que ſi a vobis debito modo cõſiderarent: nõ dubito ꝙ ꝑ ipſa ſuã et alioꝝ rabi malitiã detegeretis: eoꝛũq; doctrinã xpi fidem amplectẽdo: aufugeretis. ipſe. n. et ſi in ꝑtes quas vidiſtis ꝓphetia bene diuidit. hijs tñ ꝑtibus eas quibus deberet non attribuẽdo: necnõ et totius ꝓphetie ꝓceſſu: pleriſq; locis cõfundit. Nã de prima eius ꝑte qua xpi explicat aduentus: cũ cõditionibus a propheta aſſignatis ipſam metaphoꝛice loqui ait. qḋ nõ eſt niſi praue dictũ. cũ lr̃a id qḋ ſignificare intendit aperte ꝓferat et cũ alijs eiuſdez myſterij ꝓphetijs conueniat. ſuã quoq; prauitatẽ ex eo cognoſcere poteſtis: q̈a partẽ illã ꝓphetie dicentẽ. q̈s credidit auditui noſtro. et reliqua. uſq; ad ꝑtem illã: pro laboꝛe aĩe eius videbit: ſaturabit a gẽtibus vr̃e redẽptionis tꝑe: de vobis dicendã eſſe ait. In quo expoſitione rabi Jonate qui ipſam meſſie attribuit non ↄuenit. et vos non ignoꝛare ſcio: huic rabi et doctrine auctoꝛitate: et fidelitate: magis q̃ rabi dauid fidḋ preſtãdã eſſe. nõ obſtãte ꝙ in ea ꝑte plura ↄtinent que ſuꝑ

iſrahel nullo modo verificari poſſunt. Nā cum ſup ea par
ticula: qꝛ qđ nō fuit narratum eis: videbunt: ⁊ qđ nō audi-
uerunt cōtēplati ſunt dicāt gētes de iſrahel redemptione
eo quia id nūq₃ audiuerint admirandas eē: dictū ſuū recte
fallit. Melius. n. de eoꝝ in Hieruſalem reductione xpianis
conſtat. quā ſibimet ipſis qui ipſam preſtolant. Cūq₃ ex par
ticulis illis dicētibus. ꝑcuſſus eſt ipſe ac leſus: ⁊ non aperi
et os ſuū. ⁊ dabit ſicut impij ſepulturā ſuam: ⁊ quaſi diues
mortem ſuā: vos ꝑcuſſiones ⁊ calamitates libēti animo pa
ti: ad mortēq₃ ⁊ ſepulturā a vobis ipſis exponi: affirmare
ītēdit. ubi fundet neſcio. Scitis. n. id veritati de facto con
tradicere. Nunqd nō etiā ſup ea ꝑticula dicente. nulla iniq
tate facta neq₃ dolo reperto in ore eius: hic rabi ſuā praui-
tatē oſtēdit: cū captiuatōem ⁊ alia que in ipſa patimini ma-
la. nō propter iniqtatem veſtram. ſed ex dei volūtate abſq₃
cauſa vos pati dicat. quaſi ſacre ſcripture auctoritates oēs
oppoſitū predicātes: nō audiremus. Dicite obſecro qd ſibi
cap. xxx. hieremias voluit: cū inqt. plaga. n. inimici percuſſi
te caſtigatione crudelis propter multitudinē iniqtatis tue
fortia facta ſunt peccata tua. ⁊ reliqua. Et ezechiel cū. xxx-
viij ait. ⁊ ſciēt gētes qm̄ iniqtate ſua capta ſit domus iſrael
Nō obſtāte ꝙ vteronomij. xxviij. moyſes omnia hec in te
ſtimonium libro ſcripſit. inquit. n. ꝙ ſi audire nolueris vocē
dn̄i dei tui: ut cuſtodias ⁊ facias oīa mandata eius. venient
ſup te oēs maledictiōes iſte: in fine quaꝝ dicit: diſperget te
dn̄s in oēs populos a ſumitate terre uſq₃ ad terminos eius
⁊ poſtea ſequitur: in gentibus quoq₃ illis nō quieſces: neq₃
erit requies veſtigij pedis tui. ⁊ reliqua que: ut ſecūda par
te deo duce de rabi moyſi auctoritate videbit: pro hac pre-
ſenti veſtra captiuatione dicta fuerunt. Sequitur inſup ex
dictis ſuis incōueniens quoddā quod ipſe ſe euitare putat
⁊ eſt ꝙ particulas illas: ſcilicet vere languores noſtros ipſe

mit. n. deus iacob: ⁊ liberauit eum demanu potẽtioris eiꝰ.
⁊ veniẽt: ⁊ laudabũt in mõte ſyon: ⁊ cõfluent ad bonũ dñi
ſuꝑ frumẽto vino ⁊ oleo: ⁊ ſuꝑ fetu pecoꝝ ⁊ armentoruȝ: ⁊
erit anima eoꝝ q̃ſi ortꝰ irriguꝰ ⁊ vltra nõ eſuriẽt. tũc leta-
bit᷑ virgo in choro: iuuenes ⁊ ſenes ſimul ⁊ cõuertã luctũ
eorũ in gaudiũ: ⁊ cõſolabor eos: ⁊ letificabor a dolore ſuo
⁊ inebriabo aiam ſacerdotũ pinguedĩe: ⁊ populꝰ meꝰ bono
meo ſaturabit᷑: ait dñs. Hec dicit dñs: vox in rama audita ẽ
lamẽtatiõis luctꝰ ⁊ amaritudinũ rachel plorãtis ſuꝑ filios
ſuos nolẽtis ꝯſolari ſuꝑ filios ſuos: qꝛ nõ ſũt. Hec dicit do-
minꝰ. Prohibe voci tue: ne ploret ⁊ ocul' tuis ne lacrimẽt
qꝛ eſt merces operi tue: ait dñs: ⁊ reuertẽt᷑ a terra inimici.
⁊ ẽ ſpes nouiſſimis tuis ait dñs. ⁊ reuertentur filij ad ter-
minos ſuos. Audiens audiui effraim tranſmigrantem caſti-
gaſti me: et eruditus ſum: quaſi iuuenculus indomitus cõ-
uerte me ⁊ conuertar. quia tu es dñs deus meus. Poſtq̃ȝ
enĩ conuerſus ſum pniam egi. ⁊ poſtq̃ȝ cognoui percuſſi ſuꝑ
femur confuſus ſũ: ⁊ erubui. qꝛ ſuſtinui opprobriũ pueritie
mee. ſi filius honorabilis mihi effraiȝ. ſi puer delicatꝰ. qꝛ q̃-
tienſcunq̃ȝ loq̃r de eo recordãs recordabor eꝰ. Idcirco con-
turbata ſũt viſcera mea ſuꝑ eũ: miſerãs miſerabor eiꝰ ait do-
minus. ſtatue tibi ſpectacula: pone tibi ſignacula. dirige cor
tuum ad ſemitam via qua iuiſti reuertere virgo iſrahel re-
uertere ad ciuitates tuas iſtas. vſq̃ȝ q̃ ꝑplexa eris filia rebel-
lis. eo qꝛ creauit deꝰ nouũ ſuꝑ terra. femina circũdabit viꝝ
Hec dĩt dñs exercituũ: deꝰ iſrl'. adhuc dicẽt vbũ iſtõ i terra

iude ⁊ ciuitatibꝰ eius cum cõuertero captiuitatẽ eoꝝ bñdi
cat tibi deus habitacule iuſticie mõs ſanctus. ⁊ habitabũt
in eo iudas. ⁊ omnes ciuitates eius ſimul agricole ⁊ minã
tes gregẽ. qꝛ inebꝛiaui aĩam laſſã; ⁊ oẽm aĩam exuriẽtẽ ſa
turaui. iõ quaſi de ſõno excitatꝰ ſum: et vidi: ⁊ ſomnus me
us dulcis mihi. Ecce dies venient dicit dñs. ⁊ ſeminabo
domũ iſrahel ⁊ domũ iuda ſemẽ hoĩm ⁊ ſemẽ iumẽtoꝝ. et
erit ſicut vigilaui ſuꝑ eos: vt euellerẽ ⁊ demolirer: ⁊ diſſi-
parẽ ⁊ diſperderẽ ⁊ affligerẽ. ſic vigilabo ſuꝑ eos: vt edifi-
cẽ ⁊ plãtẽ: ait dñs. In diebꝰ illis nõ dicẽt vltra pr̃es come
derunt vuã acerbã: ⁊ dentes filioꝝ obſtupeſcunt. qꝛ vnuſ-
quiſqꝫ pꝛo peccato ſuo moꝛietur. oĩs hõ q comederit vuaꝫ
acerbã: dentes eius obſtupeſcẽt. Ecce dies veniẽt dicit do
minꝰ: et feriã domui iſrael: ⁊ domui iude fedꝰ nouum: nõ ſi
cut pactum quod pepigi cũ patribus eoꝝ in die qua apꝓ-
hendi manũ ſuã vt educerẽ eos de terra egipti: qđ ipſi irri
tũ fecerunt: pactũ meũ: ⁊ ego dñatus ſum eis: ait dñs. hoc
eſt pactum qđ feriam cũ filijs iſrael poſt dies illos dicit do
minus: dabo legẽ meã in viſceribus eoꝛum: ⁊ in coꝛde eo-
rum ſcribam eam: et ero eis in deũ. et ipſi erunt mihi in po-
pulum: ⁊ non docebunt vltra vir pꝛoximum ſuum ⁊ homo
fratrem ſuum dicentes, cognoſcite dominum. omnes enim
cognoſcent me a minimo eoꝛum: vſqꝫ ad maximum ait do
minus. quia pꝛopitiaboꝛ iniquitati eoꝝ ⁊ peccati eoꝝ non
memoꝛaboꝛ amplius. Hec dicit dñs qui dat ſolẽ in lumen
diei. oꝛdinẽ lune ⁊ ſtellaꝝ in lumẽ noctis diuidẽs mare: et
ſonauerunt fluctus eius: dñs exercituum nomen ſuum. ſi
deficient leges iſte coꝛam me dicit dñs: etiam ſemen iſrael
deficiet: vt non ſit gens coꝛã me cũctis diebꝰ. Hec dicit do
minus: ſi menſurari poterunt celi ſurſum ⁊ inueſtigari fun-
damenta terre deoꝛſũ etiã ego abhoꝛrebo in vniuerſũ ſemẽ
iſrael: cũ oĩ qđ fecerũt ait dñs. Ecce dies veniẽt dicit dñs
⁊ edificabit ciuitas dño a turri ananhel vſqꝫ ad poꝛtã ãguli

⁊ exibit vltra normā mēſure in cōſpectu eius ſup collē ga reb: et circuibit gogata. et omnem vallē cadauerum ⁊ cineres ⁊ omnes campos vſq; ad torrētē cedron ⁊ vſq; ad angulum porte equorū orientalis ſanctū domino non euelletur: ⁊ non deſtruetur vltra in perpetuum.

¶ Duo capitula hec iudei viri pro tēpore redemptionis veſtre per meſſiam quē venturū dicitis a doctoribus vr̄is exponuntur. in quo maxime fundantur. propterea quia etiam de decē tribubus reuerſione in eis agitur. quod de babylonica reuerſione verificari non poteſt. cum in illa: vt hiſtorie narrant: decē tribus reuerſe non ſint Ipſis itaq; prophetie: ſiue capitulorum diſcurſum: declarantibus: dicunt deum hieremie dixiſſe: vt verba hec que ad deum locutus erat: in libro ſcriberet. erant enim nouiſſimis diebus verificanda. Et dicunt preteritum tempus pro preſenti prophetam poſuiſſe: cum verba que locutus ſum. inqt. nondū explicata. ſed explicāda prophetarū more: prout alias dictū eſt. Dicuntq; tribulationes has: de quibus hic mentio fit: gog magog bello ſcatendas eſſe. quod bellum ante aduentum veri meſſie erit. a quo etiam erunt iudei liberati: per v̄ba illa dicentia. Et erit in die illa ait dn̄s: conterā iugū eiꝰ a collo tuo: et vincula tua diſrumpam. Uerba autem illa. Uocem terrorem audiuimus. et reliqua. eo tempore a gētibus dicendas eſſe aiunt. Uerba vero illa. ſed ſeruient domino deo ſuo ⁊ dauid regi eorum. dicunt aut ꝓ proprio dauid aut pro meſſia eius filio: quē dauid nomine vocauit prophetam dixiſſe. Cunq; gentium vos perſequentiū ruinam per prophetiā minetur: ⁊ vobis poſt peccati punitionem ꝓmittatur ſalus. nullo mō verum meſſiam promiſſum chriſtum fuiſſe concedere volunt. Dicūt. n. ex eius aduentu hijs oppoſitum fuiſſe. vnde eſſe aliū venturum. cuius tēpore hec verificanda ſint: indubitate concludere putant.

Judeorum expoſitio

Partem inſuper illam Et erit fortis eius ex eo ⁊ poteſtas illius de medio eius egredietur ſuper meſſia ſic exponunt. Dicunt enim Et erit fortis eorum. ſ. eoruꝫ rex ex eo: ⁊ pro maiori confirmatione ⁊ poteſtas illius de medio eius egredietur ſubdit. notum erat enim ex iſrael meſſiaꝫ regem eſſe debere. Hijs autem verbis vſus eſt propheta vt oſtenderet ꝙ ab aliarum nationum regibus ſicut vſqꝫ tunc amplius dominādi non erant. Ex eo vero ꝙ de medio eius egredietur inquit. moyſi dictum deuteronomij. xvij. verificatur dicens. De medio fratrum tuorum conſtitues tibi regem. Et particulam illaꝫ Et applicabo euꝫ ⁊ accedet ad me aut pro rege ipſo aut pro iſrael intelligi poſſe aiunt. Super parte quidē illa prophetie dicente vox in rama audita eſt ⁊ reliqua. Eo quia de decem tribubus quarum caput erat eſraim de cuius tribu ipſarum rex erat in ipſa mentio fiat: dicūt ꝙ cum ipſarum reuerſionis ſpes aliqua quodammodo nō eſſet: cum ſecundo templo reuerſi non ſint nec illorum certus locus ſciatur. ideo vox illa matris rachel in rama id eſt in excelſo audita eſt ſuper eis plorantis metuentis ne forte etiam tunc reuerſure ſint. cui propheta dei nomine reſpondens ſequentia conſolatoria verba inquit dicentia prohibe voci tue ne ploret ⁊ reliqua. Quibus tunc letabitur virgo in choro iuuenes ⁊ ſenes inſimul continetur: vbi dicūt ꝙ virgo pro virginibus intelligitur. Rurſuꝫ ſuper ea parte dicente ſtatue tibi ſpectacula pone tibi ſignacula ⁊ reliqua. dicunt ꝙ illis qui tunc erant propheta loquebatur dicens vt captiuationis tempore ſibi ſpectacula ad viam recognoſcēdam ponerent. Erant enim adhuc ad ſuas ciuitates reuerſuri. Sed rabi ſalomon dicit ſtatue tibi ſpectacula hoc eſt ſigna quibus in viam tuorum bonorum patrum dirigaris.

Rabi ſalomon

¶ Particulam autem illam vſquequo perplexa eris filia rebellis ad vos ſollicitandum vt amplius perplexis nō

manentibus habita de peccatis veſtris penitentia ad domi num conuerteremini. ſuper ſubſequenti vero particula videlicet eo quia creauit deus nouum ſuper terra femina circundabit virum dicunt ꝙ poſt redemptionem veſtram per meſſiam fiendam nouum hoc ſuper terra deus creabit ꝙ femina ſcilicet que ab homine nunc circundatur ⁊ perſequitur; virum tunc ipſa circũdabit perſequeturqꝫ. Quod quidem per anthonomaſiam dictum fuiſſe volunt ad denotã dum ꝙ cum vt ad ipſum conuerteremini hucuſqꝫ vos deus ſequutus ſit econtra tunc erit. vt enim ad eum reducamini vos ipſum circumdabitis. Ex qua viſione profeta letatus concludit ⁊ dicit ideo quaſi de ſomno excitatus ſum ⁊ vidi ⁊ ſomnus meus dulcis mihi. Super ea parte preterea dicente Ecce dies venient dicit dominus ⁊ ſeminabo domum iſrael ⁊ domum iuda ſemen hominum ⁊ ſemen iumentorum rabi dauid dicit ꝙ meſſie tempore ſicut ſemẽ ex quo de grano vno plura naſcuntur ſic homines ⁊ beſtias deus ponet. Quamobrez in magna multitudine eos multiplicare faciet. attamen rabi ſalomon in ea aliter ſe habet. dicit enim ꝙ deus gratiã ſuã ſuper doctos ⁊ indoctos tunc ſic infundet vt in dei cognitione equales omnes ſint. dicitqꝫ doctos hominum nomine ⁊ indoctos iumentorum methaphorice prophetã appellaſſe. Ex verbis autẽ illis dicẽtibus in diebus illis non dicent vltra patres comederunt vuaz agreſtem ⁊ dentes filiorũ obſtupeſcunt rabi dauit ait eſſe hoc apud peccatores quid conſuetum queadmodum trenorum quinto antiqui dixere patres noſtri peccauerunt ⁊ non ſunt nos autẽ iniquitates eorum portauimus. verũtamen de diuina conſtitutione eſt iniquitates patrũ ſuꝑ filijs reddere cum oꝑa patrum filij ſequuntur, ſeu ꝙ iniquitates omnium ſimul congregent ⁊ omnes ſuper filijs reuoluant. Rabi dauid.

id autem niſi pro idolatria ſeu aliquo alio peccato intenſo nunq̃ fieret. ⁊ ſubdit ꝙ metus hic tunc temporis apud homines non erit. Omnes. n. deũ equaliter cognoſcent ⁊ cõſequenter peccati ſui quilibet penam luet. Et ſup ea parte dicente Ecce dies venient dicit dñs ⁊ feriam domui iſrael ⁊ domui iude fedus nouũ ⁊ reliqua dicit rabi dauid ꝙ hec nouitas pacti erit ſic vt non amplius irritum quẽadmoduꝫ illud quod in monte ſinai cũ iſrael deus pepigit ſed firmuꝫ ſit. Chriſtianis autem qui in hoc errant dicẽtes de noua lege per hieſum nazarenum datam hic prophetaꝫ loquutum eſſe. reſponde ꝙ non dicitur a propheta ſicut lex quã dedi eis ſed ſicut pactum quod pepigi cũ patribus ſuis: qđ pactum ipſi irritum fecerunt. hoc aũt nouum irritum non facient. dabit. n. legem ſuam deus in viſceribus eoꝝ ⁊ in cordibus eoꝝ ſcribet eam. ñ erit ergo nouitas pacti ſed eius cõfirmatio. Nunquid non prophetaꝝ vltimus malachias in fine ſermonum ſuoꝝ inqt Memẽtote legis moyſi ſerui mei quã mandaui ei in oreb ad omneꝫ iſrael precepta ⁊ iudicia vbi tota pagina illa ſup meſſie miſterio verſatur: Cõcludit enim Ecce ego mittã vobis eliam prophetam anteq̃ veniat dies dñi magnus ⁊ horribilis. Ex quibus nunq̃ aliaꝫ legẽ ſuper illa que monte ſinai data fuit innouandaꝫ eſſe maniſeſte colligiť. Super ſubſequenti quoq̃ parte dicente Et non docebit vltra vir proximum ſuum ⁊ vir fratrem ſuum cognoſce dñum: Omnes. n. cognoſcent me a minimo eorũ vſq̃ ad maximum ait dñs: quia propitiabor iniquitati eorũ ⁊ peccati eoꝝ ñ memorabor amplius. dicit iſte rabi ñ eſſe per verba hec intelligendum equalem ſcientiam tũc oẽs habere hoc enim impoſſibile eſſet precipue vt eſſent pueri ſuis maioribus doctrina ſimiles ⁊ equales. Innuit autem per ea propheta omnes tũc in timore dñi ⁊ via eius ambulando equales eſſe. Et hoc quia iniquitati eorum quam in

captiuatione commiſerunt ꝓpitiabitur deꝰ. ⁊ vt ipſū cognoſcant cor nouū eis dabit. Pro quo verba illa ſubſeqntia ꝓpheta protulit dicētia. ſi mēſurari poterunt celi ſurſum ⁊ inueſtigari fundamenta terre deorſum. ⁊ ego abijciaꝫ vniuerſum ſemen iſrahel cū omnibus hijs que fecerūt ait dn̄s.

¶ Hec igitur eſt veſtrorum doctoꝝ. precipue rabi dauid ſup hac ꝓphetia expoſitio: que q̄ꝫtum veritati ac prophetie intellectui conſona ſit: ex hijs que ſequent̄ vobis liquide patebit. q̄ꝫuis aliquibꝰ partibꝰ: quē admodū ⁊ alijs cōtigit prophetijs: eoruꝫ verba ſi recto ſenſu interpretrent̄: veritati adhereant. Certum eſt enim q̄ de veſtra ab hac preſenti captiuitate redēptione prophetia loquitur: necnō de vniuerſali iſrael ad hieruſalē reuerſione. illorum ſcꝫ qui ad tempus illud reſeruabuntur. qui tamē vt omnes prophetie teſtantur: pauci erunt. quē admodū etiā hic ꝓpheta ait. ſalua dn̄e populū tuū reliqas iſrael. Hoc aūt poſt gog magog. ſcꝫ antichriſti bellum: vobis verū meſſiam xp̄m iheſum cognoſcentibus: erit. Tunc enī cognita veritate ab errore veſtro recedetis. Qua de cauſa cum hoc myſterio tanq̄ꝫ materia et reductionis modo propheta ſermonem agreſſus eſt: cuꝫ hec dicit dominus: vocem tremoris audiuimus. inquit.

Ego vero vt veritas vobis facilius manifeſtetur: ⁊ veſtrorum rabi inſufficientia: ſeu prauitas magis pateat: hic modo tali procedam. nam principaliores partes: quibus prophetie ſn̄iam a vero ſenſu peruertere conantur. primo dei auxilio confutabo. ceteras vero cū ad veram prophetie expoſitionem deueniam: eo mō quo intelligende ſūt: deo duce declarabo. Cum itaq̄ꝫ clauſulam illam: vocem terroris audiuimus: a gentibus dicendam eſſe aiunt: dico ipſos cōtra prophetie intentionem procedere: que vt ex ſe patet: ad iudeos de directo loquitur. Et cum ex ea parte ſeu partibus quibus aliarum gentium conſumptio predicatur iheſū

Confutatio eorum.

ve℞ meſſiā promiſſū ñ fuiſſe:concludere voluñt:eo quia hu
ius oppoſitū tunc ſecutum eſt. dico de vniuerſali gentium
cõſumptione ꝓpbetiā aliquo mõ verificari nõ poſſe. ſcitis
eñ vniuerſale meſſie dñium per oẽs prophetas predicari:
quod qdem etiā a vr̃is doctoꝛib' cõceditur. vñ ſi ipſarum
oim deſtructio ſiue cõſumptio tũc fieret:prophetie alie mẽ
dacium predicarẽt:quod ẽ abſurdū dicere. Ut ergo adin-
uicē prophetie cõtrariari nõ videaſ ꝙ pars hec de hijs ſo
lūmodo xp̃ianis q antichriſtū ſequentur alijſq; infidelibus
intelligẽda ſit.neceſſario dicere debemus.Et ratio quare i
illis chriſtianis ⁊ nõ in vobis cõſumptio fiet:erit quia vos
in verum meſſiam antichriſtum reputabitis:eo quoq; me-
diante vobis veritas manifeſtabitur.Jlli autem cum a ve-
ra via qua ſemper ambulauerunt metu tunc recederint nõ
ſic excuſandi erunt.Et cum tantum illi qui ſine cauſa licita
vos perſecuti fuerint:in hac ſorte cadẽt.Jccirco. Propte
rea omnes qui comedũt te:deuoꝛabuntur. Propheta ait
⁊ reliqua. Certum eſt enim ꝙ cum vos in fine ſaluare de-
us velit ſine licita cauſa vexandi non eſtis.ſecus autem eſt
vt ſupꝛa dixi.de cauſa fidem decernente. Partem inſu
per illam:⁊ erit foꝛtis eius ex eo:⁊ poteſtas eius ḋ medio
eius egredietur:licet meſſie recte veſtri attribuāt:non tamẽ
ſuper eo quẽ expectatis verificari poteſt. quod quidem ex
vocabuloꝛum vi manifeſte patet. Scitis enim nomen hoc
adir hebꝛaice.latine foꝛtis:diuinitatem impoꝛtare:quā meſ
ſiam habere:vos minime conceditis. Cunq; et poteſtas
eius de medio eius egredietur: pꝛo maioꝛe dicti coꝛrobo-
ratione:replicatum fuiſſe aiunt:a veritate non parum elon
gantur. Cum termini iſti foꝛtis.ſcilicet ⁊ poteſtas:quemad
modum infra vera deo duce expoſitione oſtendeſ: diuerſa
habeant ſignificata.ita ꝙ pꝛo diuerſis ſubiectis accipi om-

nino debent. Et cum dictū illud moyſi deuteronomij. xvij. capitulo ex clauſula hac verificari dicunt. Qua ratione moueantur neſcio. fuit enim illud iſrahel a moyſe preceptum: vt cum in promiſſionis terra eſſent: volentes ſuper eos regem conſtituere: ex iſrahel ⁊ non ex alijs nationibus ipſum conſtituerent. Rex autem meſſias per vos conſtituendus non eſt: quemadmodum etiam ex modo loquendi ſui propheta hic innuit: cum de medio eius egredietur: ait. Egredietur enim ex ſeipſo abſqꝫ hoc ꝙ ab alio conſtituatur.

De ea quidem particula dicente. Et applicabo eum: et accedet ad me: quam vt pro rege aut pro iſrahel intelligi poſſe dicunt. dico magis conſonum eſſe: vt pro iſrahel ꝗꝫ pro rege intelligatur. et hoc per clauſulā immediate ſequētē: qua concluditur. Et eritis mihi in populum. et ego ero vobis in deum. Quo etiam intellectu: vt infra patbit: prophetie ſenſus melius habetur. Cunqꝫ per eam clauſulam dicentem. Tunc letabitur virgo in choro: prophetam virginem pro virginibus ſumpſiſſe volunt: praue ipſorum more id dicunt. Nam ſi non de propria ⁊ determinata virgine propheta loqueretur virgines plurali numero: quemadmodum de iuuenibus ſenibuſqꝫ fecit: dicere potuiſſet. Id preterea quod ſuper ea parte ſtatue tibi ſpectacula. pone tibi ſignacala. ⁊ reliqua. dicunt ſtare minime poteſt. Non enim pro tempore adeo longo quo captiuitas veſtra duranda erat: propheta cui occultum non erat: verba illa dicere poterat. Necnon id qđ ſuper particula illa. Uſquequo ꝑplexa eris filia rebellis: eo quia creauit deus nouum ſuper terra: femina circundabit virum: dicunt. omni veritati contrarium eſt. Ipſi enim clauſule ſententiam que vna ē. vt vidiſtis in duas diuidunt. et cum hoc eorum dicta ſuper eis conſona miniē ſunt. Nō. n. ꝙ hoīes deum circūdent: vt ad

ſua reducantur ſeruitia quid nouum eſſe videtur in tantum
q per anthonomaſiam prout ipſi dicunt a propheta expli-
caretur. Et ad rabi dauid qui ea particula Et ſeminabo do
mum iſrael ⁊ domum iude ſemen hominu ⁊ ſemen iumen
torum: vult homines ⁊ beſtias vr̃as. ſicut ſemẽ deum tunc
multiplicare debere. dico ipſũ nõ bene ſentire. id eñ qđ per
verba hec ꝓpheta vult: queadmodũ rabi ſalomon ait: ſub
ſequentia verba declarãt. dicẽtia. In diebus illis nõ dicẽt
vltra. Patres comederũt vuas agreſtes: ⁊ reliqua. vbi ip
ſemet rabi dauid ſubdit id ob equalẽ in eos infuſam ſciẽtiã
tunc contingere. Id tñ quod iſte rabi ſuper verbis hijs de
patribus comedentibus vuuas agreſtes: dicit in ſe verita-
tem habet. verificatur eñ in vobis. ſuper quibus patꝝ ini-
quitates redunt precipue eoꝝ qui in xp̃i paſſione reperti
ſunt: ⁊ pilato dixerũt. ſanguis eius ſuꝑ nos et ſuꝑ filios no
ſtros. Cum autẽ ſuꝑ ea parte. Et feriam domui iſrael ⁊ do
mui iude fedus nouum ⁊ reliqua. pro pacto nouo. firmu
non irritum pactũ prophetam intelligere dicit. Ex quo cõ-
tra chriſtianos arguit dicẽtes illud pro noua lege. per chri
ſtum iheſum datã a propheta dictu fuiſſe: chriſtiane veri-
tati obſtare putans ſuis verbis illam confirmare video. ar-
guens eñ in eo ſe fundat. quia nõ ſicut pactũ: quod pepigi
cu patribus ſuis: propheta dixit. Et nõ dixit ſicut lex quã
dedi eis. Et deinde ſuam opinionem probare volens pac-
tum hoc nouum firmum ⁊ non irritum eẽ debere dicit. eo
quia legem ſuam in viſceribus eoꝝ deus dabit. non conſi-
derans q ſi pro nouo pacto legem que viſceribus eorum
danda erat: propheta intelligebat. cogitur dicere pro pacto
⁊ lege prophetam idem ſentire: precipue cu pacti nomine
vtrunq appellet. et illud ſc quod patribus ſuis datum fu-
it: ⁊ hoc nouum quod filijs dandum erat. non obſtante q
in ſacra ſcriptura nomine pacti legem appellari. pleriſq in-

locis inuenimus. ad auctoritatē autem malachie quaꝫ ipſe
ducit: dico ꝙ ſi prophete intentōnē ibi bene intellexiſſꝫ ta-
cuiſſet hec abſqꝫ dubio. Hanc em̄ proprie ſententiā: ſeu huic
ſimilem malachias loco illo innuere voluit. Nā meſſie my
ſterium tangēs: cuius aduentu noua lex. ſcꝫ prime verifica
tiua: danda erat: vt moneret eos: ꝙ vſqꝫ tunc moyſi lex ob
ſeruari debebat: inquantū ſcilicet ad eius precepta ⁊ ceri-
monias. ideo pro eorum notitia eis in ſignum dedit: quoni
am antequā dies illa qua prima lex euacuanda erat: ⁊ no-
ua lex danda eliam prophetam illis deus mittere debebat
ſed de hoc infra ſuo loco: deo duce diffuſius loquetur. Et
ſi huius rabi dicta ſuper parte illa dicente Et non docebūt
vltra vir proximum ſuum: ⁊ reliqua bene conſideraueritis
ſuā claudicationem ⁊ quantū expoſitionibus ſuis a verita-
te diſtet: manifeſte videbitis. Nam ſuper hijs verbis dicen
tibus. Omnes enim cognoſcēt me a minimo eoruꝫ vſqꝫ ad
maximum: prophetā mēdacē facit: cum quid impoſſibile di
cat: poſſe oēs in ſcientia eq̄les tūc eē. prout ꝓpheta aſſerit
Vos autem ſi ſuum ſuffiſima cognoſcere vultis: moduꝫ lo-
quendi ipſius attēdite: qui contra prophetie ſententiam co
gnitionem hanc ad abſolutam ſcientiā equiuocando redu-
cit: dicens impoſſibile eſſe ꝙ tunc equales omnes in ſcien
tia ſint. Quamobrem ad dn̄i timorem hanc equalitatē re-
ducit: quaſi ignoraret ꝙ illa ſcientia infuſa: ⁊ non acquiſita
eſſe debebit. Qua mediante in timore domini equales om
nes erunt: non obſtante ꝙ iohelis. iij. verba hec allegando
quēadmodum ibi deo duce videbitis: ſibipſi contradicit.

¶ Ego equidem vt de prauitate veſtrorum vobis clari Catholica ex-
orem noticiam prebeam veram prophetie expoſitionem a- poſitio
grediar. Dicoqꝫ ꝙ cum veſtram poſt antichriſti bellum
redemptionem. prout ſupra dixi. hoc in loco propheta nar-
rare voluerit: cum antichriſti myſterio ſermonem incoans:

inquit. Hec dicit dñs deus iſrahel dicēs. ſcribe tibi omnia
verba que locutus ſum ad te in libro. Ecce enim dies ve-
nient dicit dominus: ⁊ conuertaꝫ cōuerſionem populi mei
iſrahel et iuda ait dñs. ⁊ reliqua. vbi dicit: hec ſunt verba q̄
locutus eſt dominus ad iſrahel ⁊ ad iudam: quoniam hec
dicit dominus: Vocem terroris audiuimus: ⁊ reliqua. qui
bus antichriſti bellū tāgit: ⁊ verba ſua ad iſrahel ⁊ ad iudā
prout videtis dirigit. nō autem ad gentes. vt veſtri volunt
Sed cum in bello illo maior pars veſtrū peritura ſit. ⁊ pau
ci ſint remanſuri. Jccirco verbis hijs ꝓpheta vſus eſt. quā
obrem etiam dixit diem illam magnam eē: tempuſq; tribu-
lationis iacob. Pro remanentibus autem: ⁊ ex ipſa ſalua-
bitur inq̄t. ⁊ modum ſaluationis narrādo: verba hec protu
lit dicentia Et ſeruient dño deo ſuo: ⁊ dauid regi eoꝝ quē
ſuſcitabo eis. Que quidem verba pro dauid filio ſcꝫ meſſia
rege: prout ipſi etiā aiunt a propheta dicta fuerunt. Et qꝛ
meſſias hic deus eſſe debebat: ideo verbis hijs propheta
vſus eſt. aliter eniꝫ ſibi ſeruire licituꝫ non eēt: nec a prophe
ta preciperetur: cum contra legem veniret. ſed cum mens
veſtra id minime capiat. fueritq; a vobis ſemper repulſum.
Quapropter pro veſtra ſalute dei preuentus vobis neceſ-
ſarius ſit. ideo quoniam tecum ego ſum ad ſaluandū te. ait
dñs: conſequēter propheta inquit: quaſi dicat ꝙ ea de cau
ſa tu penitus non peribis. quia deus tibi per gratiaꝫ preue
niet. Cauſam autem quare in vobis: ſicut in alijs gentibus
antichriſtum ſequentibus conſumptionem deus nō faciet.
iam ſupra habuiſtis. ſed eſſe id ex dei gratia. ⁊ non pro me
ritis tuis. quia ex tui parte nulla tibi eſſꝫ redēptio: per ſub-
ſequentia verba propheta oſtendit: dicentia. quia hec dicit
dominus: inſanabilis fractura tua: peſſima plaga tua: non
eſt qui iudicet iudicium tuum ad alligandam curationē tu
am: medicina non eſt tibi. vbi ſuper ardua punitione: quam

tibi deus merito dedit ſe iuſtificando. Ex qua etiam omni-
no deperdita ⁊ inreducibilis ſemper iudicata fuiſti. ſubdit.
omnes amatores tui obliti ſũt tui: teq; nõ querũt. Plaga
enim inimici percuſſi te caſtigatione crudeli propter multi-
tudinẽ iniquitatis tue xp̄m ſcʒ interficiendo: fortia facta ſũt
peccata tua. videlicet poſt eius mortem: cum ſequentium
eum perſecutione. Et deinde deſtructionem illorum qui
ſine licita cauſa te perſecuti fuerint: enarrando. ſubſequen-
ter ait. Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur
⁊ reliqua. vobis in eis omnimodam redemptionem. cuʒ bo
norum reſtitutione promittẽdo. Omnibus dictis. Et erit for
tis eius ex eo: ⁊ poteſtas illius de medio eius egredietur:
Propheta inquit. Et deinde ſequitur. Et applicabo eum
⁊ accedet ad me. Quis enim eſt ille qui applicet cor ſuum:
vt appropinquet mihi ait dominus: ⁊ eritis mihi in popu-
lum. ⁊ ego ero vobis in deum. Quod dictum ſi recte con-
ſideraretis: id quod in eo continetur myſterium pro ſalute
veſtra intelligeretis. Et quãuis omnia hec ſapiẽtes veſtros
non latere apud me notum ſit: ipſoſq; locum hunc: ſicut et
alios praue exponere. Attamen ne etiam ab indoctis ve-
ſtris occultetur: volo intelligatis q̄ meſſie partes: quas
tunc concedetis: propheta loco iſto enarrare voluit. Nam
⁊ erit fortis eius ex eo dicendo. Partem ſuam tetigit di-
uinam. Scitis enim q̄ terminus hic adir. latine fortis. p̄p̄e
deo attribuitur. ⁊ ſi pro rei magnitudine aliq̄n alteri acco-
modet: id equiuoce fit. Cuʒ aũt. Et poteſtas ei⁹ de medio
illius egrediet. dixit partem xp̄i tetigit humanam. Sed ex
eo. et de medio eius inquit propheta. vt oſtenderet xp̄m fu
iſſe verum meſſiam: deum humanatum: ⁊ de medio veſtrũ
egreſſum: vos tunc omnino concedere debere. quod ante
id ſi conceſſiſtis. ⁊ hoc deutero. xviij. cũ moyſe bñ cõuenit

dicente. prophetam de medio tui: de fratribus tuis ſuſcita-
bit tibi dñs deus tuus. vbi etiam ipſe de xpo loquitur: quē
admodū pte prima pphetia ſcda ſufficienter viſtū eſt. Par
tē autē illā. Et applicabo eū: ⁊ accedet ad me pro iſrabel. ſi
cut rabi ionatan ait. propheta dixit. ⁊ hoc fui preuentus p
gratiam ad te ſaluandum neceſſitatem reiterando. Sed cū
niſi diſpoſitiuue ſtante: talis preuent⁹ fiat: vt oſtenderet hāc
diſpoſitionē te tunc habere. ſubdit. Quis enī eſt ille q appli
cet cor ſuum: vt appropinquet mihi ait dñs. Quod dictum
eo mō quo a veſtris dicit: intelligendum ē. videlicet quis
enim eſt ille qui applicet cor ſuum. vt appropinquet mihi
quem ego non recipiam ait dominus. ⁊ hoc eſt quod con-
ſequenter dicit. Et eritis mihi in populuꝫ. ⁊ ego ero vobis
in deum. Pro maiori autem predictorum omnium decla-
ratione ſermonē aſtrignit propheta. ⁊ dicit. Ecce turbo do
mini furor egrediens procella ruens ſup caput impiorum
conquieſcet: non auertetur ira indignationis dñi: donec fa
ciat et compleat cogitationes cordis ſui: in nouiſſimo die-
rum intelligetis in ea. volens ex hijs oſtendere omnia hec
antichriſti tempore verificanda eſſe. cuius cauſa prophetie
principio deus hieremie dixit. ſcribe tibi verba hec que lo-
cutus ſum ad te in libro. Unde cauſam quare ſic gratioſe
⁊ miſericorditer deus vobiſcum aget: vniuerſis notificare
volens. ſubſequens capituluꝫ agrediens inquit. Hec dicit
dñs inuenit gratiam in deſerto. ⁊ reliqua. vbi ait. Et chari
tate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miſericordia. Et vſe
reductionis circūſtantijs narratis dicit. Audite verbū dñi
gentes: ⁊ annunciate in inſulis que procul ſunt: ⁊ dicite.
Qui diſperſit iſrabel congregabit eum: ⁊ cuſtodiet eum: ſi-
cut paſtor gregē ſuum. Redimet enī deus iacob: ⁊ libera-
bit eū de manu potētioris eius. hoc eſt de manu peccati p
ipſuꝫ contra xpm cōmiſſi: quod potentius eo erat. ipſumq̧

ſua duritie ⁊ perfidia permanere faciebat. pro quo infra: qꝛ propitiaboꝛ iniquitati eoꝛum ⁊ peccati eoꝛum non memorabor amplius fatur. Quod de proprio ⁊ determinato peccato chriſti mortis intelligitur. quo deleto ad veritatē cognoſcendā capaces reddebimini: ⁊ ſpiritualibus bonis: ⁊ coꝛporalibus inſimul fruemini. Quare propheta conſequēter dicit. Et venient ⁊ laudabunt in monte ſyon: ⁊ confluent ad bonū dn̄i ſuper frumento vino ⁊ oleo. tangens per hec ſpirituales partes ſcʒ euchariſtie ſacramentum quod pane ⁊ vino perficitur: ⁊ ſacramentum chriſmatis quod perficitˀ oleo. Et deide pro corporalibus partibus: ⁊ ſuper fetu pecorum ⁊ armentoꝛum ſubdit: concludens dicendo. Et erit anima eoꝛum quaſi oꝛtus irriguus: ⁊ vltra non exurient eo quia ⁊ preſentē ⁊ futurā vitam beatam habebunt. Cum āt ex veſtra reductione in celo ⁊ paradiſo a ſanctis patribus gaudium magnum fieri debeat. Jccirco poſt predicta verba inquit propheta. Tunc letabitur virgo in choro iuuenes ⁊ ſenes inſimul. ⁊ conuertam luctum eoꝛum in gaudium ⁊ conſolaboꝛ eos: ⁊ letificabo a doloꝛe eorū. Quoꝛum verboꝛum ſenſus verus hic eſt. Tunc letabitur virgo determinata. ſcʒ maria in choro videlicet angeloꝛum in queʒ ipſa beata aſſumpta eſt. iuuenes ⁊ ſenes inſimul. hoc eſt ſācti beati prime legis ⁊ ſecunde. Non enim dubitatur quin ipſa mater miſericoꝛdie ſuper veſtra conuerſione letanda: ⁊ exultanda ſit: cum ad ſuam deuotioneʒ. vos primos eſſe decebat. pari quoqꝫ modo ⁊ ſancti patres qui in luctu ⁊ amaritudine de veſtra perditione ſemper fuerunt letabunͭ: precipue cum principalioꝛes: ⁊ maioꝛ eoꝛum pars ex te egreſſi ſint. Pro quo etiā hieremias ipſe letatus eſt. cum infra inquit. Jdeo quaſi de ſomno excitatus ſum: ⁊ vidi ⁊ ſōnus meus dulcis mihi. Voluens deinde ſermonem ad decem tribus propheta talia fatur. Hec dicit dominus. Vox

in rama audita eſt. ⁊ reliqua vſqȝ ad partem illam dicentē. Jdcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum: miſerans miſerabor eius ait dñs. vbi rachel ſuper filios ſuos plorātis lamentatione narrata: que quidem lamentatio pro decem tribubus. quarum tribus effraim filij ioſeph filij ipſius rachel caput erat: per ipſam omnino fiebat: metuebat enim ne tempore etiam illo ipſorum miſertus eſſet deus: ita ꝙ nec tunc ad hieruſalē reuerſuri eſſent: promittit ei propheta ipſarum etiam reductionē dei nomine: qui ſue miſericordie recordat⁹ ipſos ad ſuos terminos tunc ducet. ita ꝙ ad bonum illud vna cum fratribus ſuis confluent. Ad quos iterū reuertēs: ꝓpheta inqt ſtatue tibi ſpectacula. pone tibi ſignacula. dirige cor tuum ad ſemitam: via qua iuiſti reuertere virgo iſrael: reuertere ad ciuitates iſtas. Quod dictum alterius ſententie eſt ꝙ ei⁹ que a doctoribus veſtris aſſignatur. nam cum ad hieruſalem redeundū ſpes veſtra ⁊ voluntas continue directa ſit. ideo per verba hec mod⁹ ⁊ via reuerſionis a propheta datur. ⁊ eſt: vt ea via qua ab illa receſſiſtis reuertamini: ⁊ hoc receſſus cauſam cognoſcēdo. pro quo ſtatue tibi ſpectacula: pone tibi ſignacula. ⁊ reliqua inquit: quaſi diceret. ſi tu iſrahel ad tuas ciuitates reuerti vis cor tuū ad ſemitā rectam. ſcȝ ⁊ veram te dirigere oportet. ⁊ hoc quidem ea via qua a ſemita receſſiſti: reuertendo. ſtatuendo ſcilicet tibi ſpectacula ⁊ ſignacula tibi ponendo. hoc eſt peccata illa: per que de vno in aliud procedendo: patres tui a recta ⁊ vera ſemita receſſerunt intra te rememorādo: ita vt te recognito: ⁊ ex illis quib⁹ adhuc tu inuoluta es pnīa habita ad verā ſemitam reducaris. Et cū aliud peccatū ꝙ id contra xp̄m per patres veſtros cōmiſſū huī⁹ cauſa eſſe ñ potuerit: cum de alijs per vos penitētia facta iam ſit. Jdeo pro maiori declaratione ⁊ vt ſuper illo vobis viam aperiret propheta ſubdit. Vſquequo perple-

xa eris filia rebellis: eo quia creauit deus nouum ſuper ter
ra: femina circundabit virum. ac ſi diceret. vſquequo tu re
bellis ac pertinax reſiſtens tibi difficile erit cor tuum ad ſe
mitam dirigere: ita vt myſterium hoc nouum cōcedas qđ
deus ſuper terra creauit: videlicet ꝙ femina ſcꝫ ma ria vir-
go virum chriſtum ſcꝫ iheſum ab inſtanti incarnationis per
fectum circundauerit. Cum autē dies adhuc venturi ſint:
quibus talis gratia vobis a deo concedetur. conſequenter
propheta ait. Hec dicit dominus exercituum deus iſrahel
Adhuc dicent verbum iſtud in terra iuda: ⁊ in ciuitatibus
eius cum conuertero captiuitatem eorum. benedicat tibi
deus habitacule iuſticie mons ſanctus: ⁊ habitabit i eo iu
das ⁊ omnes ciuitates eius ſimul agricole ⁊ minātes gre
gem. Ubi concludendo ait. quia inebriaui animam laſſam
⁊ omnē animā exurientem ſaturaui. quaſi diceret ꝙ anima
que a pctō detēta laſſa ⁊ afflicta erat gr̃a a deo infuſa ſatu
rabitur tūc: ⁊ inebriabit̃ ⁊ ad ſalutē ſuā cognoſcēdā diſpoſi
ta reddet̃. Et ex hoc gauiſ⁹ ꝓpheta. iō quaſi de ſōno ſuſci-
tat⁹ ſū ⁊ vidi inqt. ⁊ ſomn⁹ me⁹ dulcis mihi. Cū aūt gratia
hec a deo tūc ꝯceſſa cōis atq; equal' eē debeat. iō cōſeqūt
ꝓpheta talia fatur. Ecce dies venient dicit dn̄s. ⁊ ſemiabo
domū iſrahel ⁊ domū iuda ſemē hoīm ⁊ ſemē iumētorū. q̄
verba ꝑut rabi ſalomō ait intelligēda ſūt. ⁊ ſemiabo idiffe-
rēter gr̃aꝫ meā ſuꝑ ſemē hoīm ⁊ ſuꝑ ſemē iumētoꝝ. hoc eſt
ſuꝑ doctoſ ⁊ idoctos. ita vt oēs eq̄lit̃ cognoſcēdo me ſalua
ri poſſint eo qꝛ gr̃aꝫ meā mea clemētia i oēs eq̄lit̃ ifūdā. q̄re
ſubdit. Et erit ſicut vigilaui ſuꝑ eos. vt euellerē ⁊ demoli-
rer ⁊ diſſiparē ⁊ diſꝑderē ⁊ affligereꝫ. ſic viſitabo ſuꝑ eos.
vt edificē ⁊ plātē ait dn̄s. Et cū pctm̄ ꝑ aliquē cōmiſſū ſuꝑ
aliū tūc ꝓīci n̄ poterit gr̄e eq̄litate tūc ſtāte ⁊ dei cognitio
nis. iō ſubſeq̄nt̃ ꝓpheta ait. In dieb⁹ illis non dicent vltra
Patres comederunt vuas agreſtes: ⁊ dentes filioꝝ obſtu

peſcunt. omnis enim homo qui comederit vuã acerbam dẽ
tes eius obmuteſcẽt. ita ꝙ vnuſquiſq; ꝑ pctõ ſuo penã lu-
et: ⁊ hoc pro cognitionis equalitate: quẽadmodũ rabi da-
uid ait: Quis non ad prophetie intellectum id dicat. Et
deinde pro maiori dictorum verificatione ſequitur prophe
ta dicere. Ecce dies venient dicit dñs: ⁊ feriam domui iſrl'
et domui iuda fedus nouum: non ſicut pactum quod pepi
gi cũ patribus ſuis: quod ipſi irritũ fecerũt. ſed hoc eſt pac-
tum quod feriam cum filijs iſrahel poſt dies illos ait dñs.
dabo legem meam in viſceribus eorum: ⁊ in corde eorum
ſcribam eam: ⁊ ero eis in deum: ⁊ ipſi erunt mihi in populũ
ſuper quo loco pro veritatis declaratione dico: quẽadmo
dum vos non latet: legem pacti nomine nuncupari in ſacra
ſcriptura pluries reperiri. teſte moyſe Deuteronomij. xxix.
dicente. Hec ſunt verba federis: quod precepit dominus
moyſi: vt feriret cum filijs iſrahel in terra moab preter fed⁹
illud quod cum eis pepigit in oreb. Certum eſt enim ꝙ in
oreb aliud fedus preterquam ipſa lex datum minime fuit.
Dico inſuper ꝙ legem illam et pactum cum chriſti morte
⁊ eius non receptione vos irritum feciſtis. Tunc autez ip-
ſum cognoſcentes per dei gratiam ſic firmum erit ꝙ nunq̃
delebitur. ⁊ hoc modo rabi dauid expoſitio locum habere
poteſt. Verba tamen prophetie exponẽda ſic ſunt: nã. Ec-
ce dies venient dicit dñs ſcʒ antichriſti bellum ſequentes:
⁊ feriam domui iſrahel ⁊ domui iuda fedus nouum. hoc ẽ
legẽ nouã per chriſtum. ſcilicet datã. cui tunc cõfitebuntur
que quidem nõ ſicut ea: quaʒ patribus ſuis dedierit. pactuʒ
enim illud ipſi irritum fecerũt: ita ꝙ oportuit me illos acre
caſtigare. Hoc autem irritum non facient. dabo enim legẽ
meam in viſceribus eorum. ⁊ in corde eorum ſcribam eam
¶Per que verba hanc legem gratie eſſe propheta innuit.
⁊ omnibus equalem. Quod quidẽ per ſubſequentia verba

aptius propheta oſtendit. dicentia. Et nō docebunt vltra vir proximū ſuū. ⁊ homo fratrē ſuū. dicens cognoſcite dn̄ꝫ omnes em̄ cognoſcēt me a minimo eoꝝ vſqꝫ ad maximum ait dn̄s. vbi hui⁹ gratie vobis cōcedende cauſaꝫ aſſignādo propheta concludit dicens. Quia ꝓpitiabor iniqtati eoruꝫ ⁊ pcti eoꝝ nō mēorabor āpli⁹. Ex quib⁹ vobis pn̄tis captiuationis cauſam. ⁊ eius diuturnitatis. pctm̄ cōtra xp̄m commiſſum fuiſſe aperte colligimus. loquitur enim de proprio ⁊ determinato peccato: cum propitiabor iniquitati eorum ⁊ peccati eorum non memorabor amplius ſingulariter proferat. Qd̄ ſi pro alijs locutus eſſꝫ peccatis plurali numero haut dubium locut⁹ eſſet. Et cum peccati grauitate attenta gratia hec. prout ſupra aſſerit. poſt longum tempus vobis concedenda eſſet. ita vt ab omni ſpe priuata quodammodo videretur. Jccirco pro rei certitudine propheta talia fatur. Hec dicit dominus. qui dat ſolem in lumine diei: ordinē lune ⁊ ſtellarum ſi defecerint leges iſte coram me: dicit dominus. etiam ſemen iſrael deficiet: vt non ſit gens coram me cunctis diebus. ⁊ reliqua. vſqꝫ ad prophetie finem contenta. Que omnia myſterij huius certificatiua ſūt. ⁊ preter hec vſqꝫ ad libri finem miſterium hoc pleriſqꝫ i locis. vt manifeſte patet: ab ipſo hieremia tangit.

## Prophetia quinta

e

Zechiel. capi. xxxvi. hoc ideꝫ myſteriū ꝓphetās ingt. Et tu fili hoīs propheta ſup mōtes iſrael. ⁊ dic mōtes iſrahel. audite verbū dn̄i. Hec dicit dominus deus: eo ꝙ dixerit inimicus ſup vos: euge et altitudines ſempiterne in hereditatem fuerūt nobis. propterea vaticinare ⁊ dic. hec dicit dominus deus pro eo ꝙ deſolati eſtis: et conculcati per circuitum: et facti

Latina littera.

in hereditatē reliquis gentibus: ⁊ aſcēdiſtis ſuper labium
lingue. ⁊ opprobrium populi. Propterea montes iſrahel.
Audite verbum dñi dei. Hec dicit dñs deus montibus et
collibus torrentibus vallibuſq; ⁊ deſertis parietinis. ⁊ vr-
bibus derelictis. que depopulate ſunt. et ſubſannate a reli-
quis gentibus per circuitum. Propterea hec dicit dñs de-
us. quoniam igne zeli mei locutus ſum: de reliquis genti-
bus: ⁊ de idumea vniuerſa que dederunt terram meam ſi-
bi in hereditate cum gaudio: et toto corde. et ex animo et
eiecerunt eam: vt vaſtarēt. Idcirco vaticinare ſuper humū
iſrael: et dices montibus ⁊ collibus iugis ⁊ vallibus. Hec
dicit dominus de⁹. Ecce ego in zelo meo ⁊ in furore meo
locutus ſum: eo ꝙ confuſionem gentium ſuſtinueritis. Id
circo hec dicit dominus deus. Ego leuaui manum meam:
vt gentes que in circuitu veſtro ſunt: ipſe confuſionem ſuā
portent. vos autem montes iſrahel ramos veſtros gemine
tis: ⁊ fructum veſtrum afferetis populo meo iſrael: cum ꝓ-
pinqui erunt. vt veniant. Ecce. n. ego ad vos ⁊ conuertar
ad vos. ⁊ arabimini: ⁊ accipietis ſementem: ⁊ multiplicabo
in vobis homines: omnem ſcȝ domum iſrahel ⁊ habitabū-
tur ciuitates ⁊ ruinoſa inſtaurabunt: ⁊ replebo vos homi-
nibus et iumentis ⁊ multiplicabuntur ⁊ creſcent. ⁊ habita
re vos faciam ſicut a principio: et benificabo plus q̄ȝ ab ini
tio: ⁊ ſcietis quia ego dominus. ⁊ adducam ſuper vos ho-
mines populum meum iſrael: ⁊ poſſidebunt te: et eris eis ī
hereditatē ⁊ nō addes vltra: vt abſq; eis ſis. Hec dicit do-
minus deus pro eo ꝙ dicunt de vobis deuoratrix hominū
es: ⁊ ſuffocās gentē tuā. propterea hoīes nō comedes am-
plius: ⁊ gentē tuā non necabis vltra. ait dñs deus. nec au-
ditam faciam in te amplius confuſionem gentium ⁊ oppro
brium populorum nequaquā portabis: ⁊ gentem tuam nō
amittes amplius: ait dominus deus. Et factum eſt verbuȝ

domini ad me dicens. Fili hominis domus iſrabel habita
uerunt in humo ſua: ⁊ polluerunt eam in vijs ſuis: et in ſtu
dijs ſuis iuxta immunditiem menſurate facta eſt via eorū
coram me. ⁊ effudi indignationem meā ſuper eos: ꝓpt' ſā-
guinē quem fuderunt ſuper terrā: ⁊ immunditijs ſuis pol
luerunt eam. ⁊ diſperſi eos in gentes: et ventilati ſunt ī ter
ras iuxta vias eorum: ⁊ adinuentiones eorū iudicaui eos
⁊ ingreſſi ſunt ad gentes: ad quas introierunt. ⁊ polluerūt
nomen ſanctum meum cum diceretur de eis populus do
mini eſt iſte: ⁊ de terra eius egreſſi ſunt. Idcirco dices do-
mui iſrabel. Hec dicit dominus deus. Non propter vos
ego faciam domus iſrabel. ſed propter nomen ſanctū meū
quod polluiſtis in gentibus: ad quas intraſtis. ⁊ ſanctifica
bo nomen meum magnum quod pollutū eſt inter gentes
quod polluiſtis in medio earum. vt ſciant gentes quia ego
dominus: ait dn̄s exercituum cum ſanctificatus fuero ī vo
bis coram eis. tollam quippe vos de gentibus. et congre-
gabo vos de vniuerſis terris: ⁊ adducam vos in terrā ve
ſtram. ⁊ effundam ſuper vos aquam mundā: ⁊ mundifica
bimini ab omnibus inquinamentis veſtris ⁊ ab vniuerſis
immundicijs veſtris mundabo vos: ⁊ dabo vobis cor no-
um et ſpiritum nouum ponā in medio veſtrū: ⁊ auferā cor
lapideum de carne veſtra ⁊ dabo vobis cor carneū. ⁊ ſpiri
tum meum ponā in medio veſtri et faciam vt in preceptis
meis ambuletis: ⁊ iudicia mea cuſtodiatis ⁊ operemini: et
habitabitis in terra quā dedi patribꝰ veſtris. ⁊ eritis mihi
in pplm ⁊ ego ero vobis in deū: ⁊ ſaluabo vos ex vniuer-
ſis inqnamētis vr̄is: ⁊ vocabo frumētū ⁊ mltiplicabo illud
⁊ ñ iponā vob famē. ⁊ mltiplicabo fructū ligni ⁊ germīa a-
gri vt nō portetꝪ vltra opprobriū famis in gentibꝰ. ⁊ recor
dabimini viaꝝ veſtraꝝ peſſimarū ⁊ ſtudiorum veſtrorū nō

bonorum: ⁊ diſplicebũt vobis iniquitates vr̃e ⁊ ſcelera ve
ſtra. non propter vos ego faciam. ait dñs deus notum ſit
vobis confundimini: ⁊ erubeſcite ſuper peccatis veſtris do
mus iſrael. Hec dicit dñs deus: in die qua mũdauero vos
ex omnibus iniquitatibꝰ veſtris: ⁊ inhabitari fecero vrbes
et inſtaurauero ruinoſa ⁊ terra deſerta fuerit exculta que
quondam erat deſolata in oculis omnis viatoris. et dicẽt:
terra iſta inculta: facta eſt quaſi hortus delitiarum: ⁊ ciui-
tates deſerte ⁊ deſtitute atq; ſuffoſſe munite ſederũt. ⁊ ſci-
ent gentes quecunq; derelicte fuerint in circuitu veſtro:
quia ego dominus edificaui diſſipata: plantauiq; inculta.
ego dominus locutus ſum. et fecerim. Hec dicit dominus
deus: adhuc in hoc inueniet me domus iſrahel. vt faciam
eis. multiplicabo eos ſicut gregem homines. vt gregem ſã
ctum. vt gregem iſrahel in ſolennitatibus eius. ſic erunt ci-
uitates deſerte plene gregibus hominum. ⁊ ſcient quia ego
dominus. Capitulum. xxxvij.

Facta eſt ſup me manus domini. ⁊ eduxit me in ſpiritu
dñi. ⁊ dimiſit me in medio vallis que erat plena oſſibꝰ.
⁊ circũduxit me per ea in giro. erant autẽ multa valde ſup
faciẽ vallis. ſiccaq; vehemẽter: ⁊ dixit ad me. fili hominis
putas ne viuent oſſa iſta. ⁊ dixi dñe deus tu noſti. ⁊ dixit
ad me. vaticinare de oſſibus iſtis. ⁊ dices eis. oſſa arida au
dite verbum dñi. Hec dicit dñs deus oſſibus hijs. Ecce e-
go intromittam in vos ſpiritum ⁊ viuetis. ⁊ dabo ſup vos
neruos ⁊ ſubcreſcere faciam ſup vos carnes ⁊ ſuperexten-
dam in vobis cutẽ ⁊ dabo vobis ſpiritũ. ⁊ viuetis ⁊ ſcietis
quia ego dñs. ⁊ prophetaui ſicut preceptum fuerat mihi. ⁊
factus eſt ſonitus me prophetante. ⁊ ecce cõmotio ⁊ acceſ
ſerunt oſſa ad oſſa. vnumquodq; ad iuncturam ſuam. ⁊ vi
di. ⁊ ecce ſuper ea nerui ⁊ carnes aſcẽderunt ⁊ extenſa eſt
in eis cutis deſup. ⁊ ſpiritũ nõ habebant. ⁊ dixit ad me. va

ticinare ad ſpiritum vaticinare filij hominis ⁊ dices ad ſpi
rituꝫ. Hec dicit dn̄s deus a quatuor ventis veni ſpiritus ⁊
inſufla ſuꝑ interfectos iſtos ⁊ reuiuiſcant. ⁊ ꝓphetaui ſicut
preceperat mihi ⁊ ingreſſus eſt in ea ſpiritus ⁊ reuixerunt
ſteterūtqꝫ ſuꝑ pedes ſuos exercitus grādis nimis valde. ⁊
dixit ad me filij hominis oſſa hec vniuerſa domus iſrael eſt
Ecce dicunt. Arruerunt oſſa nr̄a ⁊ perijt ſpes noſtra ⁊ ab
ſciſi ſum⁹. Propterea vaticinare ⁊ dices ad eos Hec dicit
dn̄s deus ecce ego aperiaꝫ tumulos veſtros ⁊ educā vos
de ſepulcris veſtris popule meus ⁊ aducam vos in terram
iſrael ⁊ ſcietis quia ego dn̄s cum aperuero ſepulcra veſtra
⁊ eduxero vos de tumulis veſtris popule me⁹. ⁊ dabo ſpi
ritum meū in vobis ⁊ viuetis ⁊ regeſcere vos faciaꝫ ſuper
humum vr̄am ⁊ ſcietis q̄a ego dominus locutus ſum ⁊ fe-
ci ait dn̄s deus. Et factus eſt ſermo domini ad me dicēs ⁊
tu fili hominis ſume tibi lignum vnuꝫ ⁊ ſcribe ſuper illud iu
de ⁊ filiorum iſrael ſocijs eius ⁊ tolle lignum alteruꝫ ⁊ ſcri
be ſuper illud ioſeph lignum efraiꝫ ⁊ cūcte domus iſrael ſo
ciorum eius ⁊ adiunge illa vnum ad altetum tibi in lignum
vnuꝫ ⁊ erunt in vnione in manu tua. Cum aūt dixerint ad
te filij populi tui loquentes nonne indicabis nobis quid
in hijs tibi velis. dices ad eos hec dicit domin⁹ Ecce ego
aſſumam lignum ioſeph quod eſt in manu efraim ⁊ tribus
iſrael que ſunt ei adiuncte ⁊ dabo eas pariter cum ligno iu
da ⁊ faciam eos in lignū vnum ⁊ erūt vnum in manu mea.
Erunt aūt ligna ſuper que ſcripſeris in manu tua in oculis
eorum: ⁊ dices ad eos Hec dicit dominus deus Ecce ego
aſſumam filios iſrael de medio nationum ad quos abierūt
⁊ congregabo eos vndiqꝫ ⁊ aducam eos ad humum ſuaꝫ.
⁊ faciam eos gentem vnam in terra in mōtibus iſrael ⁊ rex
vnus erit omnibus eis in regem ⁊ non erunt vltra in duas
gentes nec diuidentur amplius in duo regna. neqꝫ pollu-

entur vltra in immunditijs ſuis ⁊ abbominationibus ſuis ⁊ cunctis iniquitatibus ſuis ⁊ ſaluos eos faciaȝ de vniuerſis ſedibus ſuis in quibus peccauerunt ⁊ emundabo eos ⁊ erunt mihi in populum ⁊ ego ero eis in deum. ⁊ ſeruus meus dauid rex ſuper eos ⁊ paſtor vnus erit omnibus ipſis in iudicijs meis ambulabunt ⁊ mandata mea cuſtodiēt ⁊ facient ea. ⁊ habitabunt ſuper rerram quam dedi ſeruo meo iacob qua habitauerunt patres veſtri ⁊ habitabunt ſuper eam ipſi ⁊ filij eoꝝ ⁊ filij filiorum eorum vſqȝ in ſempiternum. ⁊ dauid ſeruus meus dux eorum in ſempiternum. ⁊ percutiam eis fedus pacis pactum ſempiternum erit eis ⁊ fundabo eos ⁊ multiplicabo ⁊ dabo ſanctuarium meum in medio eorum in perpetuum. ⁊ erit tabernaculum meum in eis ⁊ ero eis in deum ⁊ ipſi erunt mihi in populuȝ; ⁊ ſcient gentes quia ego dominus ſanctificator iſrael cum fuerit ſanctuarium meum in medio eorum id perpetuum.

## Capitulum. xxxviij.

¶ Et factus eſt ſermo domini ad me dicēs fili hominis pone faciem tuam contra gog de terra magog principeȝ capitis moſoch ⁊ thubal ⁊ vaticinare de eo. ⁊ dices Hec dicit dominus deus Ecce ego ad te gog principem capitis moſoch ⁊ thubal. ⁊ circūagaȝ te. ⁊ ponam frenum in maxillis tuis ⁊ educam te ⁊ omnem exercitum tuum equos ⁊ equites veſtitos loricis vniuerſos multitudineȝ magnam haſtā ⁊ clipeum arripientium ⁊ gladium. perſe ethiopes ⁊ lybies cum eis omnes ſcutati ⁊ galeati. gomer ⁊ vniuerſa agmina eius domus thogarma latera aquilonis ⁊ totū robur eius populi multi tecum. prepara ⁊ inſtrue te ⁊ omnem multitudinem tuam que coaceruata eſt ad te ⁊ eris eis in preceptum. Poſt dies multos viſitaberis in nouiſſimo annorum

venies ad terram que fruſtrata eſt a gladio ⁊ congregata de populis multis ad montes iſrael qui fuerunt deſerti iugiter ⁊ hec de populis educta eſt ⁊ habitabunt in ea confi dẽt vniuerſi aſcẽdes q̃ſi tẽpeſtas vẽies q̃ſi nubes vt operi as terrã tu ⁊ oĩa agmia tua ⁊ ppl'i m'lti tecũ Hec dicit dñs deꝰ In die illa aſcendent ſermões ſuper coꝛ tuũ ⁊ cogitabis cogitationem malam ⁊ dices. Aſcendã ad terraƷ abſq; muro veniam ad quieſcentes habitantes ſecure hĳ omnes habitant ſine muro vettes ⁊ poꝛte nõ ſunt eis: vt diripias ſpolia ⁊ inuadas predam vt inferas manum tuam ſuper deſerta reſtituta; ⁊ ſuper populum qui congregatus eſt ex gentibus qui poſſidet poſſeſſiones ⁊ bona habitans in vmbilico terre. Saba ⁊ dedan ⁊ negotiatoꝛes tharſis ⁊ om̃es leones eius dicent tibi Nunquid ad ſumẽda ſpolia tu venis aut ad diripiendam predam congregaſti multitudinem tuã vt tollas argentum ⁊ auruƷ auferas ſupellectilem atq; ſubſtantiam ⁊ diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare filĳ hominis ⁊ dices ad gog hec dicit dominus deus Nunquid non die illo cum habitauerit populus meus iſrael confidenter ſcies ⁊ venies de loco tuo a lateribus aquilonis tu ⁊ populi multi tecum aſcenſoꝛes equoꝛum vniuerſi cetus magnus ⁊ exercitus vehemens. ⁊ aſcendes ſuper populum meum iſrabel quaſi nubes vt operias terram innouiſſimis diebus erit. Et adducam te ſuper terram meam vt ſciant gentes me cum ſanctificatus fuero in te in oculis eoꝛum o gog. Hec dicit dominus deus. Tu ergo ille es de quo locutus ſum in diebus antiquis per manus ſeruoꝛum meoꝛum iſrabel qui prophetauerunt in diebus illorum tempoꝛum vt aducerem te ſuper eos: ⁊ erit in die illa in die aduentus gog ſuper terram iſrabel ait dominus deus noſter hieſus xp̄s aſcẽdet indignatio mea in furoꝛe meo

⁊ in zelo meo in igne ire mee locutus ſum qa in die illa erit
commotio magna ſuper terram iſrael ⁊ commouebuntur a
facie mea piſces maris ⁊ volucres celi ⁊ beſtie agri ⁊ omne
reptile quod mouetur ſuper humuꝫ cunctiqꝫ homines qui
ſunt ſuper faciem terre. Et ſubuertentur montes ⁊ cadent
ſepes ⁊ omnis murus corruet in terram.

¶ Et conuocabo aduerſus eum in cunctis montibus meis
gladium ait dominus deus gladius vniuſcuiuſqꝫ in fratreꝫ
ſuum dirigetur. ⁊ iudicabo eum peſte ⁊ ſanguine ⁊ ymbre
vehementi ⁊ lapidibus immenſis ignem ⁊ ſulphur pluam
ſuper eum. Et ſuper exercitum eius ⁊ ſuper populos mul-
tos qui ſunt cum eo. Et magnificabor ⁊ ſanctificabor ⁊ no
tus ero in oculis multaruꝫ gentiuꝫ ⁊ ſcient quia ego dñs.

Capitulum. xxxix.

¶ Tu autem fili hominis vaticinare aduerſuꝫ gog ⁊ dices
Hec dicit dominus deus Ecce ego ſuper te gog principeꝫ
capitis moſoch ⁊ thubal. ⁊ circumagaꝫ te ⁊ aducaꝫ te ⁊ a-
ſcendere te faciam a lateribus aquilonis ⁊ aducam ſuper
montes iſrael. ⁊ percutiaꝫ arcum tuuꝫ in manu ſiniſtra tua
⁊ ſagittas tuas de manu dextera tua deiciam. Super mon
tes iſrael cades tu ⁊ omnia agmina tua ⁊ populi qui ſunt te
cum. feris auibꝰ omniqꝫ volatili celi ⁊ beſtijs terre dedi te
ad deuorandum. Super faciem agri cades; quia ego locu-
tus ſum; ait dominus deus. Et immittam ignem in magog
⁊ in his qui habitant in inſulis confidenter. ⁊ ſcient qꝛ ego
dominus. Et nomen ſanctum meum notum faciam in me-
dio populi mei iſrael ⁊ non polluam nomen ſanctum meuꝫ
amplius; ⁊ ſciant gentes quia ego dominus ſanctus iſrael.
Ecce venit; ⁊ factuꝫ eſt ait dominus deus. hec eſt dies de
qua ego locutus ſum. Et egredientur habitatores de ciui-
tatibus iſrael. ⁊ ſuccēdent ⁊ comburēt arma clypeum ⁊ ha
¶ In die illa erit fons patens domui dauid: ⁊ habitantibus hieruſalem propter peccatum ⁊ propter menſtruatã Et erit in die illa dicit dominus exercituum. Diſperdam nomina idolorum de terra: ⁊ non memorabuntur vltra: ꝓphetas quoqꝫ. Et ſpiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetauerit quiſpiam vltra: dicent ei pater eius ⁊ mater qui genuerunt eum. Non viues: quia mendacium locutus es in nomine dei: ⁊ configent eum pater eius ⁊ mater genitores eius cum prophetauerit. Et erit in die illa confundentur prophete vnuſquiſqꝫ ex viſione ſua cum prophetauerit: nec operiẽtur vltra ſtola piloſa: vt mẽtiantur. Sed dicet. Non ſum propheta. homo enim agricola ego ſum: quoniã adam pecudiauit me ab adoleſcẽtia mea. Et dicetur ei. Quid ſunt plage iſte in medio manuũ tuarum: ⁊ dicet. His plagatus ſum in domo amicoruz meorum. framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum. ⁊ ſuper virũ coherentem mihi dicit dominus exercituum. Percute paſtorem ⁊ diſpergentur oues. ⁊ conuertam manum meam ad paruulos. Et erit in vniuerſa terra: dicit domin[us]. Partes due in ea concidentur: ⁊ deficient. Et tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem. ⁊ purificabo eos ſicut purificatur argentuz: et ꝓbabo eos: ſicut probatur aurum: ipſe vocabit nomen meum. ⁊ ego exaudiam ipſum. dicam populus meus eſt. ⁊ ipſe dicet: domĩe deus meus.

Capitulum. xiiij.

¶Ecce dies dño veniet: ⁊ diuidentur ſpolia tua in me
dio tui. Et cõgregabo omnes gentes ad hieruſalem in pre
lium: ⁊ capiet ciuitas: ⁊ vaſtabunt domus: ⁊ mulieres vio
labuntur: ⁊ egredietur media ꝑs ciuitatis in captiuitatem:
⁊ reliquum populi non auferet ex vrbe. Et egredietur dñs
⁊ preliabitur ꝯtra gentes illas: ſicut preliatus eſt in die pre
lij. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuꝑ montem oliuarum
qui eſt cõtra hieruſalem ad orientem: ⁊ ſcindetur mons oli
uarum ex parte ſui ad orientem: ⁊ occidẽtem prerupto grã
di valde. Et eradicabit medium mõtis verſus aquilonem:
⁊ medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem montiu-
um eoꝝ: qm̃ extendet ſe vallis montiũ uſqꝫ ad Azal: ⁊ fugi
etis ſicut fugiſtis a facie terremotus in diebus Ozie regis
iude: ⁊ veniet dñs deus meus omneſqꝫ ſancti tecũ. Et erit
in die illa non erit lux te nebuloſa ⁊ ꝯpacta. erit autẽ dies
vna nota dño non dies neqꝫ nox: ⁊ erit in tempore veſperi
lux. ⁊ erit in die illa exibũt aque viue de hieruſalem media
pars eaꝝ ad mare orientale ⁊ media eaꝝ ad mare occiden
tale: in eſtate ⁊ in hieme erit. Et erit dñs rex ſuper omnem
terram: in die illa erit dñs vnus ⁊ nomen eius vnum. Cir-
cũdabit vniuerſa terra ſicut planities a colle Remon ad au
ſtrum hieruſalem: ⁊ exaltabit ⁊ habitabit in loco ſuo a por
ta beniamin uſqꝫ ad locum porte prioris ⁊ uſqꝫ ad portam
angulorum: ⁊ a turri ananeel uſqꝫ ad torcularia regis. Et
habitabunt in ea ⁊ anathema non erit amplius: ſed habita-
bit hieruſalem ſecure. Et hec erit plaga qua percutiet dñs
omnes gentes que pugnauerunt verſus hieruſalem: tabeſ-
cet caro ſua ipſo ſtante ſuper pedibus ſuis: ⁊ oculi eius ta-
beſcent in foraminibus ſuis: ⁊ lingua ſua tabeſcet in ore eo
rum. In die illa erit tumulus dñi magnus in eis: ⁊ appre-
hendent vir manum ꝓximi ſui: ⁊ conſeret manus eius ſuꝑ
manum ꝓximi ſui: ⁊ etiam iudas pugnabit aduerſus hieru-

ſalem ⁊ congregabuntur diuitie omnium gentium in circui
tu: auruꝫ ⁊ argentum ⁊ veſtes multe ſatis. Et ſic erit ruina
equi muli cameli ⁊ aſini: omniumqꝫ iumentoꝝ que fuerint
in hoſtibus illis ſicut ruina hec. Et omnes qui reliqui fue-
rint de vniuerſis gentibus que venerunt contra hieruſaleꝫ
aſcendent ab anno in annum vt adorent regem dñs exerci
tuum: ⁊ celebrēt feſtiuitatem tabernaculoꝝ. Et erit qui nō
aſcēderint de familijs terre ad hieruſalem ut adorent regē
dominum exercituū: non erit ſuper eos himber. Qꝫ ⁊ ſi fami
lia egipti non aſcenderit: ⁊ non venerit: nec ſuper eos erit.
Sed erit ruina qua percutiet dñus omnes gentes: eo quia
non aſcenderunt ad celebrandum feſtiuitatem tabernaculo
rum. Hoc erit peccatum egipti ⁊ hoc peccatum omniū gen
tium que non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem ta-
bernaculoꝝ. In die illa erit quod ſup̄ frenum equi eſt: ſanc
tum dño: ⁊ erunt olle in domo domini quaſi fuſcinule corā
altari. Et erit omnis olla in hieruſalem: ⁊ in iuda ſanctifica
ta domino exercituum: ⁊ venient omnes immolantes: ⁊ ſu
ment ex eis: ⁊ coquent in eis ⁊ non erit mercator ultra in
domo domini exercituum in die illo. ¶ Quoniam qui
dem ſuper hac ꝓphetia viri iudei doctores veſtri perplexi Iudeorum ex-poſitio
non parum ſunt: ita ut rabi Salomon fateri non erubeſcat
ſe plures ſuper ea opiniones vidiſſe quas concordare neſ-
cit. Idcirco ut eoꝝ inſufficiētia ſeu malitia vobis magis pa
teat. veritas quoqꝫ clarius eluceſcat. ipſoꝝ dicta recitando
modo tali procedam. Nam rabi ſalomonis expoſitiōem ad
lrām recitabo cui rabi ionate aliorumqꝫ antiquorum docto
rum opiniones annectam. poſt quod quicuid iſtorum dic-
tis per rabi dauid aut alios ſuperadditum inueniam: ut ni-
hil intactum remaneat: ſuo loco dei auxilio ſuppeditabo.
¶ Inquit itaqꝫ rabi Salomon ſup̄ terra iſrahel ⁊ ipſo iſra- Rabi ſalomon.
hel prophetiam exponens. Aperi libane portas tuas ⁊ co

medat ignis teipſum: Aſſimulauit.n. ꝓpheta terram iſrael libano q eſt ſaltus. Et reges ipſius aſſimilauit cedris: principes aūt abietibus que cedris equales non ſunt equiparauit. Alios vero gubernatores aſſimiliauit quercubus que minoris precij aliaꝝ ſunt. Et ſic de gradu in gradū deſcendendo ꝓpheta proceſſit. ¶ Sed rabi Jonatan dicit: ꝙ de regibus ⁊ magnatibus populoꝝ ꝓpheta locutus eſt.

Rabi Jonatan

Doctores thalmut.

Auctoritate tamen Thalmut aſſerit rabi ſalomon ꝓphetā ſuper ſecundi templi deſtructione prophetaſſe. Dicunt.n. ꝙ quadraginta annis ante templi deſtructiōem porte eius a ſeipſis aperiebanť: aduerſus quas rabi iohanā ben zachai locutus eſt. dicens Templum templū uſquequo te ipſum confundes: ſcio.n. finem tuum vaſtationem eſſe: ⁊ quia ſuꝑ te prophetauit zacharias filius ido cuȝ dixit: Aperi libane portas tuas ⁊ comedat ignis cedros tuos. ¶ Rabi dauid vero ſuper hoc principio dicit eſſe ſuper hac ꝓphetia opiniōes diuerſas: N.i aliqui expoſitores ad dominiū mechabeorum ruinam ipſam reducunt. Et aliqui ad ſecundi templi deſtructionem. alij vero ad regum populorum ruinam ipſam trahunt. ¶ Paſce pecora occiſionis dicit rabi ſalomon: Prepara eis paſtores hoc eſt: prophetiza ex nunc ſuper paſtores: qui ipſa paſcere debebunt. Pecora aūt occiſionis iſrael ſunt: quos gentium reges ad quas eos mittā: occident: comedent: ⁊ venundabunt vnus ad alium: ⁊ non videbitur eis committere culpā: immo gratias deo referēt dicētes Benedictus dominus diues factus ſum. ¶ Rabi dauid vero loco iſto ſe ad ſubſequentis partis expoſitionē extendens dicit. Et paſcens ea non parcet eis. i. deus qui iſtorum pecoruȝ occiſionis paſtor eſt: non parcet eis. Quā obrem in manus inimicorum tradentur: vt in eos ſuam voluntatē faciant. Et hoc quoniam non parcam vltra ſuper habitantes terraȝ. ſ. hieruſalem: ſi non conuertantur: vt he

Rabi dauid

Rabi ſalomon.

Rabi dauid

ne faciant. ¶Ecce.n.ego tradam homines ⁊ reliqua: que verificabuntur qñ inter reges aliarum gentiuz ⁊ ſeipſos in ter ſe interficiẽdo: concident terraz iſrael: ⁊ ego quia in me peccauerunt: de manu eorum nõ eruam. ¶Et paui pecus occiſionis dicit rabi ſalomon ꝙ omnia verba hec dei ſunt ad prophetam dicentis: Ego deus paui ipſos.ſ.iſrael anti- quis diebus quando pauperes gregis abſqꝫ dubio erant. Rabi ſalomon
¶Et aſſumpſi mihi duas virgas: nã poſt dies aliquos ꝓp ter peccata eoꝝ in duo regna eos diuiſi. quarum virgaruz vnam mitẽ vocaui: quia.ſ.ierobobam pollicitus eſt mite ⁊ parce ſuper eos regnare. Alteram vero vocaui. que demo litur: ꝓpterea qꝛ roboam ſalomonis filius minatus eſt ſuꝑ eis acre dominari. Appellauit autem reges nomine virge cum paſtoꝝ moris ſit virgis vti. ¶Super hac vero parte Rabi dauid
dicit rabi dauid ꝙ aliqui doctores voluerũt hũc diſcurſuz ꝓ ꝑterito ſuꝑ iſrael exponere: inter quos cõpletã expoſitõ nẽ non inuenit. Sed particula illa dicente. Propter hoc o pauperes gregis. ſicut rabi ſalomon declarata dicit. Et aſ- ſumpſi mihi duas virgas. cũ.n. moris ſit paſtoꝝ virgis vti volens deus iſrahel paſcere aſſumpſit ſibi ex eis duas qua rum vnam mitẽ: alteram vero que demolitur: appellauit. hoc eſt modo mite modo acre ſcđm opera eoruz ipſos paſ cebat. Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno hoc eſt pro pter peccata eorum indignatus: interfeci ſuorum regũ tres in menſe vno qui ela filius bagaſa ⁊ zimiri: ⁊ tueni filius gi nat: fuerunt. Rabi dauid vero dicit iſtos tres paſtores fu- Rabi dauid
iſſe ioacaz ⁊ ioachim tres filios ioſie q ꝑ inimicoꝝ manus ꝑierunt cũ qbus in primo templo domus dauid regnum finẽ habuit. dixit autem in menſe vno propter tempis pau citatẽ quo regnauerũt: quia viginti duobus annis dumta- xat: ⁊ menſibus quattuor: vt hiſtorie narrant.

¶Et contracta eſt anima mea in eis dicit Rabi Salo- Rabi ſalomon

mon:quia ipſos odio habui. Siquidem ⁊ anima eorũ va
riauit in me, quia ſcʒ abhorrui eam. ita ꝙ illis diebus dixi.
Nõ paſcã vos. ſʒ a facie mea ꝓijciamini: ⁊ inimicis ĩ p̃daʒ
ſitis. Et tuli virgam meam que vocabit̃ mitis ⁊ abſcidi eã
nã potẽtiã regñ iſrael cõſtrinxit ĩ diebus ioache filij ieu. ita
ꝙ ad nihilũ quaſi reduxit eã rex arã. Et tẽpe oſee filij ela
quem in manu ſanacherib tradidi. vt ipſum captiuũ duce-
ret. ita ꝙ fedus quod cũ populis omnib⁹: ne eis nocerẽt ꝑ
cuſſi. oportuit me propter ſua peccata irritũ facere. Atta-
men pauperes gregis qui cuſtodiunt mihi: hoc ẽ boni in-
ter eos exiſtentes qui cuſtodiebant mandata mea: cogno-
uerunt quia verbum dñi eſt. id eſt fuit ruina. ſ. illa ⁊ a moy
ſe predicato cũ. Ducet te deus ⁊ regẽ tuum. ⁊ reliq̃. inq̃t

Rabi dauid

Sed rabi dauid dicit. Et contracta eſt anima mea ĩ eis
propterea quia anima eorum variauit in me. Ipſi enĩʒ fue
runt in cauſa ꝙ a facie mea illos eiecerim. Quare ſequitur
⁊ dixi. Non paſcam vos. ⁊ reliqua. Poſtq̃ enim vidit de
us ꝙ in eorum conuerſionem ad bonum amplius ſpes nõ
erat. dixit. Ultra eos parcere nolle. Quod quidem dieb⁹
ioſie fuit: quem virgam mitem ſua bonitate appellauit. pro
quo dixit. Et tuli virgam meam que vocabatur mitis: et
abſcidi eam. ⁊ ſi dicatur alios reges poſt ioſiaʒ in iuda fuiſ
ſe. reſpondetur ꝙ de illis non curatur: cum ſemper in angu
ſtia fuerint. Et ſic pactum quod cum gentibus: vt eis non
nocerent: percuſſeram: ea die qua ioſias mortuus fuit. irri
tum factum eſt. Unde pauperes gregis q̃ cuſtodiunt mihi
id eſt boni me timentes qui verba mea expectabãt cogno-
uerunt: quia verbum domini fuit illud a prophetis iam p̃-
dictum: quibus fidem non preſtauerunt. Et dixi ad eos. vi
delicet ad reges iuda qui remanſerunt: ſecundũ rabi ſalo-
monem. Si bonum eſt in oculis veſtris: afferte mercedem
meam pro tanto bono quod vobis tribui. ⁊ hoc mandata

mea obſeruando. ⁊ ego vos iterum paſcã. Alioquin ſinite quia neqꝫ ego de vobis amplius curabo. Et appenderunt mercedẽ meã triginta argenteos. dicit rabi Jonathan ꝙ per hanc particulam innuit propheta aliquos bonos dei mandata obſeruantes inter eos tunc exiſtere. ⁊ iſti erant daniel ananias miſael ⁊ zacharias: Sed de numero trinario a propheta hic nominato: fatetur rabi ſalomon ſe neſcire quid ſignificare velit: pro quo recitat philateria q̃dam doctorum thalmut in libro ſcebitat hollin nominato dicentium: tali modo loquendi vſum eſſe prophetam propterea quia argentum deſiderabilis res eſt. Et dixit dominus ad me. Proijce illud ad figulum hoc eſt ad teſaurum: quaſi diceret. Scribe ⁊ repone hos bonos: ⁊ opera bona eorum: vt in fine ſeptuaginta annorum babylonie captiuitatis reſeruentur eis: ⁊ per eoꝝ manus templũ reedificet̃. Erit itaqꝫ figulum idẽ quod pretiũ magnũ: quod eſt domus mea ſancta que ẽ pulchritudo glorie ipſorum: quã abſtuli ab eis: ne illis in gloriam amplius eẽt. Et precidi virgam meam ſecundã que demolitur. ſ. appellatam. Naꝫ ſedochiam regem cum hijs qui ſuo tempore mali erant: captiuare feci: ⁊ hoc vt germanitatem que erat inter iudaꝫ ⁊ iſrahel: in preuaricando mandata mea: diſſoluerem

Rabi Jonatan

Rabi ſalomon

Sed rabi dauid exponit hunc diſcurſum: dicens ꝙ deus dixit ad illos: vt poſtq̃ eos paſcebat: ſi bonum erat in oculis eorum mercedem ſuam ei darent: ⁊ hoc penitentia habita: mandata eius obſeruando. ſi vero id facere nollent ꝙ quieſcerent. Ipſi autem appenderunt mercedem ſuam triginta argenteos. videlicet triginta iuſtos qui trium predictorum regum tempore inter eos erant. Qui quideꝫ fuerunt daniel ananias miſael zacharias hieremias ezechiel ⁊ ſophonias: ⁊ alij vſqꝫ ad numerum. q̃uis de eis memoria non habeatur. Et deinde recitat propheta deũ ſibi dixiſſe

Rabi dauid

vt argentum illud ad teſaurū.i.ad domū teſauri ꝓiceret
Ubi exemplariter loquitur propheta: vt oſtenderet ꝙ de-
bebat illis iuſtis precipere: vt ab alijs iniqs ſe ſepararent:
⁊ inter ſe ſe ſicut teſaurus reconditi ſtarent. Et hec omnia
dicit propheta ſe in viſione vidiſſe: ita ꝙ videbať etiaꝫ ei
argentum illud accipere: ⁊ ad domū dn̄i in teſaurum pro-
ſcere: ⁊ ſic magnum pretium idem qđ domū domini ſigni
ficat. Fuit autem iſtud tempore predictoꝝ paſtorum veri-
ficatum. tūc enim iuſti illi in ſuis celluculis ſe recōdiderūt:
⁊ ab alioꝝ̄ cōuerſatione retracti ſunt. Clauſulam vero il-
lam dicentem. Quo appreciatus ſum ab eis ſic intelligen-
da eſt. videlicet carus factus ſum eis: magnificaui eniꝫ me
cum illis: attenta malitia eorum. ita ꝙ me ab ipſis remoui
Et virgā meā ſcđam que demoliť appellatā precidi. ⁊ hoc
cū morte ſedochie qui maloꝝ regū vltim⁹ fuit. ⁊ cuꝫ ruina
domus ⁊ alioꝝ captiuatione: germanitatē: que inter iudaꝫ
⁊ iſrahel erat: circa ſeruitia alienoꝝ deoꝝ diſſolui. Poſtq̄
enim captiui facti ſūt. idoloꝝ ſeruitia reliquerūt. Hec igitur
ē ꝓphetie huius vſq; ad locū iſtuꝫ ꝑ preterito expoſitio: q̄
autē ſequuntur expoſitiōes ipſam ꝑ futuro exponūt. quarū
Pr̄ rabi dauid vna eſt patris dicentis: ꝙ in hac ꝓphetia ſecundi templi
diſcurſum a ſui principio vſq; ad finem tangiť. naꝫ poſt re-
uerſionem babylonie deus modo tali iudeos pauit. aſſum
pſit enim ſibi duas virgas. vnam ſcꝫ mitem per quaꝫ ſacer
dos magnus figuratus eſt. ⁊ alteram que demolitur nun-
cupatā per quā regē figurauit. ⁊ tamen ad bonum minime
conuerſi ſunt. Miſit preterea illis prophetas tres ſcꝫ ageū
zachariam ⁊ malachiam: vt ipſos paſcerent. videns tamen
ꝙ nihil proficerent. ſuccidit illos in menſe vno: pro quibus
dixit. Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno. nec poſt mor-
tē illoꝝ ꝓphetas alios eis dedi. Deinde vero virgā meaꝫ
mitē ꝑcidi. Nā cū ꝓpinqu⁹ fui: vt captiuarē eos: amoui ab

illis ſacerdotale officiũ. Et dixi ad eos appẽdite mercedē meã: hoc ẽ pniam agite. quã pfecte nõ fecerũt. niſi q ꝓpt mortẽ cuiuſdã magni ſacerdotis in luctu ⁊ merore diebus triginta steterũt: ⁊ hi ſũt trigīta argentei a ꝓpheta nomīati quos ad domũ dñi in teſaurũ ꝓiecerat. Particulã aũt illã dicẽtẽ. Magnum preciũ q̃ apprētiatus ſũ ab eis. dixit ꝓpheta pro pulchritudine glorie: quã ab illis deus remouit Et ꝑcidi virgã meã ſecũdã. ſ. regẽ agrippã: cuius tpe tit⁹ iudeos captiuauit. Alia vo expoſitio ẽ rabi abrabe leuite toletani q dicit. Paſce pecora occiſionis. hec eſt ſcði tẽpli edificatio. ⁊ cum inqt. Et aſſumpſi mihi duas virgas ⁊ reliqua. ſignificauit dominium zerobabelis q de domo dauid fuerũt: quod dominiũ in virgã mitẽ figurauit. Et dominiũ ſacerdotũ q mala plura egerũt. ꝓpter quod virgã illã q̃ demolitur noie appellauit. Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno. hanc particulã dixit vt has tres poteſtates ſignificaret domus. ſ. dauid ⁊ machabeorum ⁊ ſeruoꝝ ipſoꝝ quas in ſecundo tẽplo fuiſſe inuenim⁹. appellauit aũt tps durationis ſecũdi templi mẽſem vnum. quia pauci dies apud deum viſi fuerũt. Cum vero dixit. Et tuli virgã meã que vocabat mitis: ⁊ abſcidi eam. vt irritũ facerẽ fedus meũ. ⁊ reliqua. Mortẽ zerobabel' ⁊ nehemie ſignificare voluit poſtq̃ emicitia ⁊ fedus qd inter eos: ⁊ reges perſaꝝ erat: ſeparatũ fuit. Poſt hec autẽ cũ virga appellata que demolit: eos pauit. dixitq; ad eos. ſi bonũ eſt in oculis veſtris: affer te mercedã meã: ⁊ hoc in vijs meis ambulãdo. ⁊ appẽderũt mercedẽ meã triginta argẽteos: hoc ẽ triginta ãnos qbus viri miſericordie matthatias. ſ. ⁊ filij eius dominati ſũt qui licet triginta ⁊ vnum fuerint. ad triginta tamẽ reducũt Quare ſequitur: ꝓijce illud ad ſtatuariũ ⁊ reliq. Erat eniz dignũ in teſaurum reponi. quod qdem a propheta factum fuit ipſo dicente. Et tuli triginta argenteos. et reliqua.

Rabi abrabam toletanus.

Et pꝛecidi virgam meam ſecundā. ſ. machabeoꝝ regnum:
⁊ hoc maloꝝ tēpoꝛe: qui iudeos diuiſerunt. ſicut ieroboaꝫ
inter iudam ⁊ iſrahel fecit. Adhuc ſume tibi vas paſto-
Rabi ſalomon. ris ſtulti: dicit rabi ſalomon ꝙ hoc innuere voluit cum ſu-
pꝛa dixit. Paſce pecoꝛa occiſionis: vt oſtēderet ꝙ tempo-
re ſecundi templi vaſtitatis in manu eſau: deus eos trade-
re debebat. ⁊ hunc eſau dicit eſſe paſtoꝛeꝫ ſtultum: de quo
pꝛopheta loquitur: intelligendo per eſau romanum popu-
lum: vt alias veſtri faciunt: necnon ⁊ de hoc paſtoꝛe pꝛo-
phetam locutum eſſe ait: cum inquit. Qui derelicta non vi
ſitabit: ⁊ fetum non queret: et carnem pinguis comedet: et
reliqua. Nam ſi aliquem diuitem inter eos viderit: bona
ſua ſemper rapiet. Vocauit autem ipſum paſtoꝛem ſtultum
cum ſtultus ſit: nec vere paſtoꝛ vocari poſſit: qui de grege
non curat. Cum autem ſuper eo per meſſie manus deus
vindictam facere debeat. ideo ſubdit. Gladius ſuper bra-
chium eius: ⁊ ſuper oculū dextrū eius. bꝛachiū ei⁹ aridita-
te ſiccabitur: ⁊ oculus dexter eius tenebreſcēs obſcurabit
Rabi dauid Sed rabi dauid affirmans ꝙ ex hac parte pꝛopheta pꝛo
tempoꝛe ſecundi templi omnino loquatur. dicit ꝙ per pa-
ſtoꝛemſtultū herodē intellexit: qui ſeruus machabeoꝛum
fuit. Is quidem ſtulte in regno ſe gubernauit: vxoꝛem ⁊ fi
lios interficiendo: ⁊ infinita mala in iſrahel faciēdo. Pars
autem illa. Ve paſtoꝛ ⁊ idolum: ⁊ reliqua. aut pꝛo herode
ipſo: aut pꝛo agrippa: qui veſpſianum ⁊ titum in hieruſalē
duxit. intelligi poteſt. Onus verbi domini ſuper iſrael. ⁊
reliqua. dicit rabi ſalomun ꝙ verba hec pꝛopheta explica-
Rabi ſalomon. uit. vt ruinam eſau ⁊ alioꝛum qui cum iſrahel male egerūt
per ea intelligeremus. Quare inquit. Ecce ego ponam hie
ruſalem vas amaritudinis. id eſt vas veneni cunctis popu
lis. nam quemadmodum venenum coꝛ ⁊ ſpiritum moꝛtifi-
cat. ſic tempoꝛe illo populi contra hieruſalem venientes:

mortificabunt. Sed ⁊ iuda erit in obſidione ſuper hieru
ſalem Hanc particulā rabi ionatan ſic exponit. dicit eñ ꝙ Rabi ionatan.
populi qui contra hieruſalem tunc venient. Stante domo
dauid in ciuitate: ſic dominabunt: ꝙ cogent etiā iudā ipſo
inuito contra hieruſalem venire. Sed rabi dauid hic ait: ꝙ Rabi dauid
poſtq̄ propheta huiuſmodi templi deſtructionem prophetauit
Sequitur hic bona ſup iſrabel prophetare: et aliarum gen
tium ruinam. Particulā autem illam dicentem. Sed ⁊ iu
da erit in obſidione ſuper hieruſalem ſic aptat. dicit eniȝ ꝙ
in aduentu gog contra hieruſalem accipiet in via iudeos ď
terris iude: quos contra hieruſalem vi ducet. Quod qdeȝ
in onus grande ⁊ faſtidiorum habebunt. Et erit in die illa
ponā hieruſalē lapidē oneris. dicit rabi ſalomon ita ꝙ eā
q leuabūt eū conciſione lacerabunt. Et pcutiā omnē equū
ſcȝ preliantium in ſtuporem: ⁊ aſcenſorē eius pcutiam in a
mentiam. Sup domuȝ iude vero illos. ſ. qui cōtra hieruſa
lē coacti venient: aperiam oculos meos: vt eos ptegam: ⁊ a
ruina illa tutos faciam. qui cū alios lacerari ipſoſq̄ ſaluos
fieri videbunt: dicent in corde ſuo. Confortent mihi habi
tatores hieruſalem: quibus notū ē: qm̄ inuiti cōtra eos ad
preliandum venimus: in dn̄o exercituum deo eorum rogā
do. ſ. eum ⁊ orando pro nobis. In die illa ponaȝ duces iu
de: ſicut fornacem ignis: voluent enim ſe ad populos illos
⁊ ſicut ignis eos cōburent. Sed rabi dauid dicit hic ꝙ du Rabi dauid
ces iude qui cum gog tunc erunt. dicent verba hec. Pro
pterea quia illi qui in ciuitate erunt: cum ruinam populorū
viderint: exibunt de ciuitate: ⁊ venient: ⁊ coniungentur cū
illis: ita ꝙ vnus a dextris et alter a ſiniſtris: omnes gentes
illas confringent. Et habitabitur hieruſalem rurſus in
loco ſuo dicit rabi ſalomon. ſicut antiquitus fuit. Rabi da Rabi ſalomon.
uid vero dicit id prophetam explicaſſe: eo quia populi illi Rabi dauid
putabunt hieruſalem ruinare: vt oſtēderet ꝙ illud non erit

Rabi ſalomon

Sed in loco ſuo firma ſtabit ⁊ habitabitur. Et ſaluabit dominus tabernacula iuda in prīo hoc eſt priuſq̄ꝫ exiſtētes in hieruſalem in auxilium eorum egrediantur; Et deinde ſaluabuntur illi de ciuitate. Et hoc faciet deus vt non magnifice glorietur domus dauid: ⁊ gloria habitantium hieruſalem ſuper iudam dicendo: Quia ipſi prius ſalui facti ſunt. Et erit qui offenderit ex eis: hoc eſt qui debilior erit ex eis

Rabi dauid

Secundum rabi dauid vero clauſulam illam dicentem; Et domus dauid ſicut deus pro meſſia propheta explicauit. Clauſulam vero illam ſicut angelus dn̄i coram eis; pro angelo dn̄i qui ante eos ambulabit; dixit. Querā conterere dicit rabi ſalomon ideſt eorum contritioni vacabo. ¶ De

Doctores thalmut.

mente vere doctorum thalmut dicit ꝙ deus queret: ⁊ examinabit opera eorum; ⁊ malos male perdet: bonos autem

Rabi dauid

conſeruabit. Sed rabi dauid Queram conterere; ⁊ contetam ingt. ¶ Et effundam ſuper domum dauid ſpiritum gratie ⁊ precum: dicit rabi ſalomon: Mouebo ſcilicet ſpiri-

Rabi ſalomon

tum eorum ad me deprecandum; ⁊ deinde mihi grati erūt. Et aſpicient ad me quem confixerunt. ſuper hac parte rabi ſalomon de mente rabi ionate dicit. Et aſpicient ad me vt

Rabi Jonatas

conquerantur ſuper confixione: ⁊ occiſione quā in eos gētes fecerūt: ⁊ plangēt ſuper ea occiſione plāctu quaſi ſup vnigenitū. ¶ Auctoritate vero thalmut libro qui ſucca nūcupat; aſſerit omnia hec dicta fuiſſe pro meſſia filio ioſeph qui in bello illo occidetur. Sicut plātus adremon in valle magedon hoc eſt ſicut plantus hieremie ſuper morte ioſie quem pharago in magedon interfecit. ¶ Et plangent familie ⁊ familie ſeorſum: omnes iſte familie hic recitate: de domo dauid ſunt; Et ſacerdotales ⁊ leuite. ¶ Sed ra

Rabi dauid

bi dauid inquit; Et aſpicient ad me quem confixerunt: ꝙ caſu quo in bello illo ipſorum aliquem inimici confixerent: plangent ſuper eo amare: metuentes ne principium domi

nīj inimicorum ſuper eos illud ſit. Et admirabuntur ſuper re illa: ita q̄ omnes familie a propheta hic recitate ſicut ip ſe aſſerit: plangent. Propter peccatum ꝛ propter menſtruatam dicit rabi ſalomon q̄ vtrunq̄ iſtorum cum aqua mundificabatur. ¶ Prophetas quoq̄ Et ſpiritum im mundum auferam de terra ideſt pſeudo prophetam: ꝛ viti um. ¶ Nec operientur ſtola piloſa vt verbis eorum fi des preſtetur. ¶ Quoniam adam pecudiauit me: hoc eſt homo conſtituit me ab adoleſcētia mea pecudum cuſto dem: ita q̄ ſicut alij qui prophetie non verſantur: ego ſum. Super hac parte vero rabi dauid dicit: q̄ particula illa di cens In die illa erit fons patens: ſicut littera ſonat: intelli gi pōt: quia ſic in facto erit. Et hoc doctorum thalmut au ctoritate approbat. Clauſula autem illa videlicet propter peccatum: ꝛ propter menſtruatam. explicata fuit ad deno tandum q̄ aque viue a ciuitate tunc egredientur: quod an te illud non fuerat: ꝛ huius cauſa erit ne pro mundificatio ne iſtorum neceſſarium ſit extra ciuitatem ire. ¶ Quid ſunt plage iſte in medio manuum tuarum dicit rabi ſalomō q̄ loco humerorum propheta manuum dixit: in humeris enim preuaricatores verberantur. Et dicet his plaga tus ſum in domo amicorum meorum: qui reprehēſionibus ſuis me ad rectam viam ducebant. Sed rabi dauid ſu per loco iſto dicit: q̄ illi prophete neganti tunc ſe eſſe pro phetam: dicetur. Quid ſunt plage iſte in medio manuum tuarum niſi ſignum quod tu prophetare voluiſti: ꝛ paren tes tui propter illud te percutierunt: At ille reſpondebit: Non ex prophetia id fuiſſe: ſed dicet his plagatus ſum in domibꝰ amicoꝝ meoꝝ: propterea q̄a in ptinentibus ad me male gubernabar. Ratio aūt ꝑpter quā: in medio manuū tuaꝝ ꝑpheta dixit: fuit q̄ manus ꝛ pedes ei ligabāt ne de

Rabi ſalomon

Rabi dauid

Rabi ſalomon

Rabi dauid

domo exiret. Huiuſmodi tamen dicti intentum hoc eſt: nã cum deus proteſtatus ſit qualiter eo tempore ſpiritum ſuuꝫ ſuper omnem carnem effundet: ita ꝙ filij ꝛ filie noſtre prophetabunt. Ideo dicit nunc: ꝙ quando illi qui propheticũ ſpiritum non habebunt: moti inuidia prophetantium ſe ꝓphetas cum alijs enumerare voluerint: cognoſcentibus parentibus: quia mendacium locuntur: dicent ei: Non viues quia mendaciũ locutus es in nomine domini. ¶ Sed pater rabi dauid dicit ꝙ hoc dictum in die iudicij verificandũ erit: dicit. n. ꝙ tunc hi qui in vita ſua mẽdacia prophetarunt: quando reſurgent: in manibus ſuis plage ſicut fiſtule apparebunt. Et illud erit in ſignum malitie qua vixerũt. Et quo confundentur: pro quo dixit: Confundentur prophete vnuſquiſqꝫ ex viſione ſua: quaꝫ. ſ. hactenus ſe vidiſſe dixerunt. Nec operientur tunc ſtola piloſa ſicut iam fecerunt vt mentiantur. i. vt daretur fides mendacijs eoꝝ Et cum ipſum interrogabunt: diceſqꝫ ei Quid ſunt plage iſte in medio manuũ tuarum: Reſpondebit ꝙ non ea de cauſa id fuit: ſꝫ dicet: his plagatus fui in ſcolis tẽpore adoleſcẽtie quando. ſ preceptores me ſcribere docebant. ¶ Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum hoc eſt ſuper eſau quem pecorum captiuitatis mee paſtorem cõſtitui. ¶ Et ſuper virum coherenteꝫ mihi. i. quem mihi aſſotiaui vt pecora mea ſicut ego paſceret. ¶ Percute paſtoreꝫ. ſ. regeꝫ impie rome: ꝛ diſpergenẽ oues quas ſub ſua poteſtate retinet. Et conuertam manũ meã ad paruulos: q: ſecũdo loco alios minores dominos q ſub principali paſtore ſunt: ꝑcutiam Quãobrem ꝛ diſperſi erunt. ¶ Rabi dauid vero ſuper hac parte expoſitione rabi ſalomonis prius recitata opinionem rabi abrahe beneſdra aducit: qui dicit: prophetiaꝫ intelligi ac locutaꝫ eſſe ſup bellis que dieb⁹ meſſie filij ioſep in orbe toto erũt. d. xit aũt paſtorẽ meum ꝛ virum coherentem mihi

Pr̃ rabi dauid

Rabi ſalomon

Rabi dauid

R. abi abraham

q̃ rex ille quez ſup gentibus illis de⁹ cõſtituet: ſe deū facit Attamẽ in vltimo ipſū percutiet: ita q̄ oues. i. p̄ncipes ſub ſe exiſtentes diſpergent. Pro q̄bus. Et cõuertã manū meam ad paruulos inq̄t. ¶ Et tertia p̄s relinquet in ea: eo q̄ ad moſaicã fidẽ cõuertent: cū autẽ ante aduẽtū gog eoꝝ cõuerſio ad fidem erit. Ex quo ipſoꝝ bonitas manifeſtabitur Et in aduentu gog a fide reuerti debeãt. Quãobrẽ naufragia multa paſſuri erūt. iõ inq̄t. Et ducã tertiã partẽ in ignẽ dabuntur. n. eis calamitates ille in penã peccãti cõuerſiõis eorū; qui tn̄ in vltimo penitẽtia facta ſaluabūtur: ita q̄ vocabit nomẽ dei viui; ⁊ ip̄e exaudiet illū. Sed rabi dauid dicit ſup hac parte q̄ cū p̄pheta. Et erit i ōmi terra inq̄t. de terra iſrael tãtūmõ intellexit: in qua ex ōmi natiõe aliq̄ tūc habitabūt. ex quib⁹ remanebit pars illa dūtaxat: quã de⁹ in ignẽ tribulationū ducet: vt eos purificet: quẽadmodū argentū ⁊ aurū in igne purificantur. Ecce dies veniet dn̄o: dicit rabi ſalomon q̄ erit dies deo dilecta. Et diuidẽtur ſpolia tua ĩ medio tui: hoc ẽ. ſpolia inimicoꝝ tuoꝝ habitatores tui in medio tui diuidẽt. Et reliquū populi non aufferetur ex vrbe. q: ſcz nõ oẽs captiui exibūt. ſed ſiq̄s diceret. Propter q̄d p̄mittet de⁹ q̄ media p̄s captiuetur: ⁊ dom⁹ vaſtẽtur. Rn̄de q̄ ad hoc vt populi illi ſe excuſare n̄ poſſint. dicẽdo q̄ nõ ad p̄liandū: ſ; orandi cauſa venerūt. Sicut preliatus ẽ in die prelij. ſ. in mare cõtra pharagonẽ ⁊ gẽtẽ ſuã. Et ſcidetur mõs oliuaꝝ. ⁊ reliqua. q̄ oĩa ſicut lr̃a ſonat: miraculoſe tunc a deo fiẽt. Et fugietis q̄ſi. ſ. miracula hec videbitis. ſicut in diebus ozie a facie terremotus fugiſtis. Omneſq; ſancti tecum. id eſt omnes angeli tecum. Sed rabi dauid dicit. Ecce dies veniet domino: quo ſcilicet vt in gentibus iudicium faciat. apparebit. qui quidem dies. dies aduentus gog in terram iſrahel erit. Et diuidentur ſpolia tua in medio tui. loquitur cum hieruſalem: in medio

Rabi ſalomon.

Rabi dauid

Rabi ſalomon.

Rabi dauid

cuius populi illi ſpolia ſua diuident. qñ ſcꝫ in eaꝫ intrabunt
⁊ vt propheta aſſerit: ciuitas capietur: ⁊ domus vaſtabun
tur. Et hac quidem anguſtia illa tertia pars: que remane-
bit: a deo purificabiť. Et egredietur media pars ciuitatis in
captiuitatẽ anteꝗ̃ ſcilicet. purificati ſint. Et ſtabunt pedes
eius in die illa in monte oliuarum . Pars hec exemplari-
ter loquitur. apparebunt eniꝫ ibi ſigna ⁊ prodigia. ac ſi ſcin
deretur. De mente vero rabi moyſi cordubenſis. dicit ꝙ
*Rabi Moyſes cordubenſis.* dictio illa raglau: latine: pedes eius: idem q̃ꝺ ſui cauſa ſig
nificat: acſi diceret. Et ſtabunt ſui cauſa: hec prodigia que
infra dicuntur ſuper monte oliuarum. Ipſe autem rabi da
*Rabi dauid* uid affirmat omnia hec dicta fuiſſe in exemplum et figuraꝫ
ruine illarum gentium: que propter furoreꝫ domini in eos
ſcindentur: ⁊ hinc inde mortui cadent. Et tamẽ deide ſub
ſequentem particulam exponendo: dicit ꝙ quando mons
ſcindetur: a voce terre motus ad vallem montium fugient
*Rabi Jonatas* Rabi ionatan vero hanc particulaꝫ exponens dicit. Et fu-
gietis hoc eſt claudetur. nam poſt ipſius ſciſionem inde ad
*Rabi dauid* parum iterum claudetur. Sed rabi dauid ſuper ea parti-
cula dicente. Et veniet dominus deus meus. omneſꝗ̃ ſan
cti tecum: dicit ꝙ pro deo: miracula ⁊ prodigia ſua intelli-
gere debemus ⁊ pro ſanctis: angeli qui cum eo ſunt: ac ſi
dixiſſet: omneſꝗ̃ ſancti angeli cum eo. De mente auteꝫ
*Rabi moyſes cordubenſis.* rabi moyſi cordubenſis particulam hanc ſic aptat: videlicꝫ
Et veniet id eſt verificabitur verbuꝫ domini quod per ma
num ſanctorum hoc eſt prophetarum ad iſrael dictum eſt.
*Rabi ſalomon* ¶ Et erit in die illa: non erit lux clara. ſcilicet ſed nebulo
*Rabi dauid* ſa ⁊ compacta. dicit rabi ſalomon. Rabi dauid vero dicit:
Non erit lux clara. id eſt non erunt ſigna clara. Et erit
*Rabi ſalomon* dies vna: Rabi ſalomon hic dicit. ꝙ id quod propheta ex-
plicauit. verificabitur vna dierum a deo ad ſalutem repoſi

ta. Non dies neq3 nox: hoc eſt. Non erit lux clara ſicut futuri ſeculi lux: neq3 erit nox. id eſt tempus anguſtie: ſicut tēpore captiuitatis fuerat. cum in ſeruitute tunc non erunt. Sed erit in tempore veſpere lux. quia priuſq̄ mille cōpleantur anni. erit lux illa bona ⁊ perfecta: que iſrahel promiſſa eſt. Sed rabi dauid dicit. Non dies neq3 nox: ac ſi diceret: q̄ non erunt totaliter in tuto: neq3 in totali anguſtia. ſ3 in tempore veſperi erit lux. nam in vltimo: et ſummo anguſtie egredietur deus ad dandum eis ſalutem: ⁊ hoc contra gentes illas preliando. Et erit in die illa: dicit rabi ſalomon q̄ de die qua mons oliuarum ſcindetur: propheta loquitur. Tunc enim quemadmodum etiam ioel aſſerit: aque viue de hieruſalem exibunt: que verſus loca a propheta recitata fluent. In die illa erit dominus vnus. omnes eni gentes ſuis derelictis vanitatibus vni vero deo ſeruient. Pari quoq3 modo erit nomen eius vnu3. quia in ore omnium equaliter ⁊ vno modo reperietur. Rabi dauid vero dicit q̄ in die illa erit dominus vnus ſuper omnem terram: ⁊ nomen eius vnum: quia omnes cognoſcent: quoniam ipſe eſt rex regum ⁊ dominus dominantiu3. qui omnia poteſt. De mente autem rabi moyſi dicit: q̄ omnes tunc ſuo proprio nomine. ſcilicet thetagramaton deum nominabunt. Circundabit vniuerſa terra: ſicut planities: dicit rabi ſalomon q̄ flectentur alij montes: ita q̄ dempta hieroſolima: tota alia terra planities erit. Et hoc fiet. vt vniuerſo orbe altior ipſa videatur. Erit autem hoc a colle rēmon ad auſtrū hieruſalē: a quo loco mōtes incipiunt. Et exaltabit: Nā planitie circū circa facta: ipſa hierl'm exaltata ⁊ magis eleuata apparebit. Que q̄uis in loco ſuo ꝓpo ſtet: extēdet ſe ad omīa loca ꝑ ꝓphetam enarrata. Rabi dauid vero etſi alijs locis. vbi id idem prophetatur. dixerit nō eſſe verba prophetie materialiter. Sed per anthonaſiam intel-

Rabi dauid

Rabi ſalomon.

Rabi dauid

Rabi moyſes

Rabi dauid

ligendã: dicit tñ hic poſſe hãc exaltationẽ hieruſalẽ vtroq;
modo intelligi. q2. ſ. gloria ⁊ honore exaltabitur. ſeu magni
tudine ⁊ altitudine ex circũſtantium montiũ flexione. nec
non ⁊ anathema non erit amplius: ſed in ea ſemper iſrahel
habitabit. ¶ Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; hoc ẽ reſoluetur:
⁊ conſumetur in inſtanti: non autem ſucceſſiua reſolutione.
In die illa erit tumultus domini magnus in eis: ad ſcienti
am ſcilicet eoꝝ confundendam: eamq; in amentia conuertẽ
dam. ¶ Et apprehẽdent vir manum proximi ſui ad ipſum
ſcilicet interficiendũ. ⁊ etiam iudas pugnabit aduerſus hie
ruſalem ipſo. ſ. inuito. ¶ Et erit qui non aſcenderint de fa
milijs: ⁊ reliqua. Non erit ſuper eos himber. ¶ Quod ſi fa
milia egipti non aſcẽderit: nec ſuper eos erit. i. non erit ſup
eos id quod de prohibitione himbris dictũ eſt: ſed hec erit
ruina eoꝝ ꝙ nilus q ad terrã humectãdam aſcendere ſolet
tunc nõ aſcẽdet. Quamobrẽ ⁊ ẽt ipſi fame peribũt. Et cũ
finis pene vna ⁊ eadẽ ſit: ideo ſubdit. hoc erit peccatũ egip
ti. i. punitio peccati: ⁊ omnium gentiũ que nõ aſcẽderint: ⁊
reliqua. In die illa erit quod ſup frenũ eq eſt: ſanctum dño
vltra. ſ. alia bona que ad id aſcendẽt: ita ꝙ omnia vaſa que
ad ſeruitia tẽpli erũt: argẽtea ⁊ aurea fiẽt. ¶ Et nõ erit mer
cator vltra in domo dñi: propterea q2 mercãtijs ampli⁹ nõ
indigebũt. ¶ Sed rabi dauid dicit hic ꝙ in die illa erit: qđ
ſup frenũ eq eſt: ſanctũ dño. intelligiẽ de eqs q poſt bellũ il
lud mortui remanebunt: aut de eqs ad feſtũ tabernaculoꝝ
annuatim veniẽtiũ q a ſuis dñis ſanctificabunẽ. ¶ Sup p
te vero illa dicẽte: Et erũt olle in domo dñi quaſi faſcicu
le corã altari dicit: ꝙ illud erit ꝓpter multitudinẽ veniẽtiũ
q animalia plura ad ſacrificandũ ducent. ⁊ ꝓpter neceſſita
tẽ ollaꝝ erit oĩs olla in hieruſalẽ ſancta: ⁊ ad tẽpli ſeruitia.
Cũ aũt dicit. Et nõ erit mercator vltra in domo dñi exer
citum in die illo: vult rabi dauid id eſſe debere propterea

Rabi dauid

quia reperientur in templo vaſa in tanta multitudine: ꝙ nõ oportebit vt a mercatorib⁹ ducanť. De mẽte vero patris refert: ꝙ pro mercatoribus giboneos propheta intellexit q in domo dñi ligna ſecabant: ⁊ aquã auriebãt. hi enim tunc locũ non habebunt: eo quia de ꝑncipalioribus gentiũ in tẽplo ſacerdotibus ſeruient. ¶ Hec ſunt viri iudei que ſup his capitulis a doctoribus veſtris dicunť. in quibus ꝙ̃uis eoꝝ ſufficientia ex ſeipſa manifesteť: volo tñ: vt eoꝝ diuerſitates ⁊ confuſiones vobis clarius pateant: poſtꝙ̃ aliqua pro maiori veritatis dilucidatione neceſſaria tetigero: Ad verã ꝓprophetie expoſitionẽ accedere. qua mediante eoꝝ errores facili⁹ decernenť. Propterea qꝛ in ea ꝑtes neceſſarie diuino auxilio diffaſe euacuabunť. Eſt itaqꝫ admiratione dignũ ꝙ in vna ꝓphetie ꝑte tot diuerſis vijs vri ꝓcedãt. Qua aũt de cauſa id faciant: ſi recte iudicare velletis: ꝑcipere facile eſſet. Notũ eſt enim apud me ꝙ ad aliud nõ tendũt: niſi vt miſteria in ꝓphetia cõtenta cum ſuis diuerſitatibus ſepeliant. nam cũ legẽtes circa illas intẽdunt a fundamẽtali cõſideratione neceſſario diuertunť. Quod quidẽ dum apud vos eram: priuſꝙ̃ lumen gratie mihi conceſſum fuiſſet: Et in hac ⁊ alijs prophetijs mihiipſi ſepenumero contigit. Unde concludere poſſumus ipſos prauitate porcius ⁊ malitia ꝙ̃ ignorantia id facere. quia cum aliud non poſſunt: proprium terminorum ſignificatum deſtruere querunt. Quod autem teſtimonium veritatis de eis perhibeaꝫ ſuper prophetie introitu id oſtendere incipiunt. Nam ipſorum aliqui pro futuro exponunt: aliqui vero pro preterito: ⁊ hij q ipm ꝓ pterito itelligũt: adhuc inť ſe ñ ꝯueniũt: quẽadmodũ ꝑ dicta eoꝝ diſcurrendo patet. Quo etiã lapſu ⁊ hi qui in futuꝝ prophetiam intelligunt: labuntur. Et non tantum hic ſed in tota prophetia ea via procedũt. Attamẽ dico vobis: ꝙ verus pro phetie ſenſus: ex eorum dictis:

Pr rabi dauid

Confutatio iudeorum.

prout per ſequentia deo duce videbitis: manifeſte elicitur. ad quorum notitiam ego non meo ingenio ſed dei gratia perueni. Et vt rei veritatem facilius fundamētaliuſq; cape poſſitis. priuſq; litteralē prophetie expoſitionem agrediar: quid per totum ſuū diſcurſum Propheta ſibi hic voluerit vobis ſummatī preponere decreui. Nam in primo capitu. ſuper hieruſalez deſtructione per romanos facta vt veſtrorum pleriq; aiunt propheta vaticinatus eſt. vbi de modo quo vſq; ad tempus illud deus iudeos pauit. Et deſtructionis cauſa memoriā facit. cū inquit Hec dicit dñs Paſcendo pecora occiſionis ⁊ reliqua. nec non ⁊ deſtructioni terminus aſſignatur: quia ſcilicet vſq; ad antichriſti belluz duratura eſt. ⁊ hoc per partem illam Et dixit dominus ad me Adbuc ſume tibi vas paſtoris ſtulti: ⁊ reliqua. Secūdo vero capitulo idem antichriſti myſteuium propheta cōſequēter tangit. vbi de ſalute veſtra atq; reductione que tunc fienda eſt: modoq; ſaluationis vobis promiſſio datur. quia gratiam ſuam in vobis deus infundet: qua mediante peccatum quod contra ipſum commiſiſtis: cognoſcetis. Et penitentia ducti ſuum implorabitis auxilium. Capitulo autē tertio veſtram per aquam baptiſmatis regerationem tunc fiendam propheta predicit. ⁊ qualiter ab inde in poſterum in corda hominum idolatria cogitatio nō aſcēdet: nec pſeudo prophete ⁊ immundi ſpiritus vltra orienſ. Quo etiam capitulo myſteriuz quodā propheta tangit: quod ſuo loco deo duce intelligetis. Et demū de numero illoruz qui poſt bellum illud purificati remanebunt: mentionē facit. Quarto quidem vltimoq; capitu. ipſius belli pceſſus diffuſe explicatur: ibiq; miracula ⁊ prodigia magna a deo tunc fienda recitantur. vbi etiam manifeſtuz facit propheta qualiter erit tunc deus vnus omnibus remanētibus ⁊ nomen eius vnum. poſt quod quedā nō ſeruato ordine a propheta tan

gunť: que loco ſuo deo fauente declarata videbitis. ¶ In quit itaq₃ ꝓpheta capi. primo Aperi libane portas tuas: ⁊ comedat ignis cedros tuas: Per que verba id quod a doctoribus vr̄is thalmut teſtificatur: ſigificare voluit. de apertione. ſ. tēpli portaꝝ ex ſe ipſis: vt ipſi⁹ deſtructionē₃ ipſemet indicarent. ſup qua: reges: ꝑncipes iude ⁊ magnates vlulare docet: cū ſubſequēter ait. Vlula abies q₂ cecidit cedrus vlulate q̄rcus baſan: q₂ ſucciſus ē ſaltus munit⁹. Et cū ꝓpter peccatū qđ a vobis cōmittēdū erat: id contingere debebat. ideo illud explicādo ſubdit ꝓpheta. Hec dicit dn̄s meus paſcēdo pecora occiſionis. ⁊ reliqua. hoc ē: ego de⁹ paſcēdo iſrael q pecora occiſionis vocari poſſunt: ꝓpterea q₂ redēptorem ſuum. ſ. xp̄m hieſum occidēt: ⁊ nō committent culpā. i. non putabūt ſe cōmittere culpā prout vr̄i aiunt Et vendens eos dicet: benedictus dn̄s diues factus ſum: cu₃ venditionis pretio. aſſumpſi michi duas virgas quibus ipſos gubernaui. Ꝙ qdē loco modū loquēdi ꝓphete ꝯſiderare debemus. q₂ in occiſione vniuerſaliter loquiť: eo q₂ vniuerſaliter ipſum occidere debebāt. In venditione vero loquitur ſingulariter: cum ⁊ vendens dicat: ꝓpterea q₂ vendens vnus duntaxat eſſe debebat. ſ. iudas. ⁊ quia trinitatis myſterium non erat iudeis adhuc manifeſtum: ſed iudeis. Jccirco apud occiſionem de redemptore particulariter loquiť. ⁊ apud venditionem vniuerſaliter dicit. Et vēdēs eos nō. n. ignorabat iudas: q₂ aliu₃ q̄₃ hominem tradebat. Cūq₃ ad illud auaritia mot⁹ dūtaxat venire debebat: ideo dixit. Et vendens eos dicet: Benedict⁹ dn̄s diues factus ſum. Dictionē quoq₃ illam Rege de mente patris rabi dauid. Paſcendo in latinum tranſduxi. ipſe. n. quēadmodū vos nō latet: eā in macor. i. gerundiū habet. Vocat aūt iſrahel pecora occiſionis: ꝓpterea q₂ deſtinati ⁊ occidi merebāť. poſtq̄₃ poſſeſſorē ſuū occidere debebāt. Quare ſeqtur inmediate. Et paſcens ea non parcet eis. Quod dicitur

ſicut rabi dauid ait: intelligit̃: videlicet. Et ve⁹ q̄ ē pater eo
rū: nō parcet eis. Sed in manus inimicoꝝ ea tradet: vt i ip
ſa ſuā volūtatē faciāt. Pro quo ſubſeq̄ndo ꝓpheta ait. q̄m
nō parcā vltra ſupꝫ habitātē terrā: ⁊ reliq̄. Que verba quē-
admodū rabi dauid ait: de terra iſrael locunt̃: narrādo qua
liter adinuicē ſe interficere debebāt; quouſq; cū inimicis ab
extra ⁊ ipſis iudeis ab int⁹: ꝓut rabi dauid ait: terra iſrael
concidi debebat: deo ipſo de manu eoꝝ nō eruente. Que
oīa; vt hiſtorie teſtant̃: ⁊ experientia ipſa docet: poſt chriſti
mortē: in vobis verificata ſunt. Modū autē quouſq; tunc
deus ipſos gubernauit; enarrando ꝓpheta talia fatur. Et
paui pecus occiſionis ꝓpter hoc o pauperes gregis. quaſi
diceret. Volens ego deus pro miſterio in ipſo cōſumando
ſcd̃m templū reedificare ꝓ ſui cōmutatōne hac via ꝓceſſi.
Aſſumpſi. n. mihi duas virgas; hoc ē duo regna: ꝓut rabi
abrahā leuitas ait. videlicet regnū zorobabelis: ⁊ nehemie
qui de domo dauid fuerūt, quod q̄dē regnū mite vocaui.
Et regnum machabeorum ⁊ ſucceſſoruꝫ eoꝝ cui quod de
molitur nomē impoſui. Et hoc vt p iſta duo regna vſq; ad
datū tēpus gubernarent̃. Quāobrē ſuccidi tres paſtores i
menſe vno, videlicet ageū: zachariā ⁊ malachiā: quēadmo
dū pater rabi dauid inq̄t. ne ꝓphetas ampli⁹ haberēt. Cu
ius dicti veritas ꝑ docto. vſos thalmut cōfirmat̃: dicētes.
q̄ mortuis ageo; zacharia ⁊ malachia ab iſrael ꝓphetia ab
lata ē. Hos aūt ꝓphetas eodē tp̄e fuiſſe nulli dubiū ē Sed
huius rei cauſam ꝓpheta aſſignando. ſubdit. Et contracta
eſt anima mea in eis, ſiquidem et anima eorum variauit in
me: hoc eſt; poſtquam anima eorum variauit in me: quia
non fuit mecum illa que eſſe debebat. Idcirco. Et contra-
cta eſt anima mea in eis. ita q̄ quemadmodum Rabi Da-
uid ait. cauſa mutationis anime mee aduerſus eos ipſemet
fuerunt. Quare ſequitur. Et dixi. Non paſcam

vos que moritur moriatur. ⁊ reliqua. quaſi diceret. Poſt-
ꝗ̃ per tot paſtores incarnationis myſterium vobis predi-
xi: ⁊ parum profuit. Ideo dixi. Non paſcam vos per pro-
phetas vltra. ſed que moritur moriatur ⁊ reliqua. Et vt cõ-
tra vos agere: gentibus magis liceret: virgam illaȝ que mi-
tis vocabatur: tuli: ⁊ abſcidi eam: hoc eſt: aſſumpſi ad me
zerobabelem ⁊ nehemiam: pront rabi aſſerit. Poſt quorũ
mortem fedus: quod cum omnibus populis: ne vobis no-
cerent: percuſſi irritum factum eſt. Immediate enim poſt
iſtorum mortẽ perſarũ reges: ⁊ alij in circuitu iudeos mo-
leſtare ceperunt. Quare concludit ⁊ dicit. Et irrituȝ dedu-
ctum eſt in die illa. Cum autem aliqui boni qui myſterium
hoc recepturi erant: inter eos eſſe debebant: cum quibus
loqui cepit. cum inquit Et paui pecus occiſionis propter
hoc pauperes gregis. Ideo de bonitate illorum teſtimo-
nium perhibendo hic ait. Et cognouerunt vere pauperes
gregis: qui expectabant me. quia verbum domini eſt: ac ſi
diceret ꝙ pauperes gregis. ſcȝ humiles cordis ⁊ boni qui
me incarnaturuȝ expectabant. vere cognouerunt. quia ver-
bum domini eſt. illud ſcȝ quod caro factum eſt. Et vt im-
menſam ſuam erga vos dilectionem oſtenderet deus: qua-
literq; vt vos ſaluos faceret: in aliquo non defecerit. quã-
uis ſupradicta verba ſuper veſtra derelictione explicauerit
aſſerit ꝙ eo tempore: quo predictum myſterium conſumã-
dum erat: ⁊ aſſumpta carne: ipſemet in vobis habitare de-
bebat: eratis ab ipſo: pro pretio: ⁊ remuneratione tanti be-
neficij: ꝑut rabi dauid ait: proprio ore ad penitentiam vo-
candi: data tamen vobis liberate eligendi viã quãcunq; vo-
luiſſetis. Quare inquit. Et dixi ad eos. ſi bonum eſt in ocu-
lis veſtris: afferte mercedem meã. ⁊ ſi non ſinite. Vos autẽ
loco pnie ⁊ reductõis ad bonũ dicit ꝙ debebatis in trigita
argẽteos ipm venũdare. pro quo. Et appenderũt mercedẽ

meã triginta argẽteos. ſubſequẽter ait. Ubi id quod ſupra de ſui venditione dixerat, in facto declarat. Poſt q̃d aſſerit propheta in prophetica viſione: quẽadmoduȝ veſtri dicunt: ſibi viſum fuiſſe q̄ deus diceret ei: vt pretiuȝ illud triginta argenteorum ad figulũ proijceret. ipſo dicente. Et dixit dominus ad me. Proijce illud ad figulum magnũ pretiũ quo appretiatus ſum ab eis. vbi: vt veſtri aiunt: ironice loquit̃: quaſi vile pretiũ diceret. ita q̄ retulit ꝓpheta fuiſſe ſibi viſum ſe ſic feciſſe. cum ſubdit. Et tuli trigĩta argẽteos ⁊ proieci illos in domum dñi ad figulũ. Cum aũt ⁊ ꝑ verba oris ſui ipſum cognoſcere minime debebatis. Sed potius contra ipſum inſurgere. Ideo in penã peccati veſtri conſequenter ait. Et precidi virgam meã ſecundã: que demolitur appellatam: vt diſſoluerem germanitatẽ inter iudam ⁊ iſrabel. Per que verba ꝓut rabi abrabam ait. deſtructio dominij machabeorum: eorũq; ſequentium denotat̃. Per quã ſequente poſtmodum captiuatione germanitatis ſolutio: inter iudam ⁊ iſrael oĩno fiebat. eo quia vtroq; quaſi ꝑ perpetue captiuo exiſtente germanitate vti non poterant. Huic vero captiuationi terminum aſſignando propheta talia fatur. Et dixit dominus ad me. Adhuc ſume tibi vas paſtoris ſtulti. quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra: q̄ derelicta non curabit. ⁊ reliqua. Intelligendo per hũc paſtorẽ gog. ſ. antichriſtum quem pro inſtrumento ſaluatiõis reliquiarum veſtrarum deus reſeruauit. Appellat autẽ ipſum ſtultum quoniã ſequentes ſe non curabit. Quare dixit Qui derelicta non viſitabit. ⁊ reliqua. Et vltra hoc ſua inſania tanta erit: q̄ quemadmodum rabi abrabam aben eſdra ait: ſe deum dicet: qui cum non ſit. Ideo propheta idolum ipſum appellat: dicens. Ue paſtor idolum derelinq̃ns gregẽ. ſcit̃. n. dictõ; illã elil hebraice: idolũ latĩe ſignificare

Quãobrẽ veſtri qui ipſã ſtultũ expoſuerunt: mali interpta-
ti ſũt. Sed cum hui⁹ paſtoris finis vaſtitas eẽ debebat: id
circo ſermonẽ de eo aſtringẽs propheta inqt. Gladius ſup
brachiũ eius: ⁊ ſup oculũ dextrum eius. ⁊ reliqua. Et ſcḋꝫ
capitulũ agrediẽs: inquit. Onus verbi dñi ſup iſrahel dicit
dñs: extẽdẽs celũ. Ecce ego ponã hieruſalẽ vas amaritudi
nis omnib⁹ populis. ⁊ reliqua. Ubi ỏ veſtra reductõe: mõ
ꝙ ſaluationis veſtre a propheta noticia dať. Dicit itaqꝫ ꝙ
eo tempore ponet deus hieruſalẽ vas amaritudinis omni
bus populis cõtra ipſaꝫ. ſ. cum antichriſto venientib⁹. eo qꝛ
res illa in fine eis amara erit. Et cũ iudei debeãt: ⁊ ipſi an-
tichriſtum ſequi: putantes ipſum eorum meſſiam eẽ. iõ ſub
dit. Sed ⁊ iuda erit in obſidione ſuper hieruſalem. Uolẽs
autem deus ſui miſericordia ⁊ gratia vos ſaluos facere: cõ
ſequenter ait. Et erit in die illa ponam hieruſalem lapidem
oneris cunctis populis: ita ꝙ in bello illo ipſi cum ſuis e-
quis ⁊ bonis contriti ⁊ lacerati erunt. Super domum iu-
de vero oculos ſuos aperire velle dicit. Quis enim in bel-
lo ill o etiam ipſi reperiantur. non tamen ſicut cum alijs gẽ
tibus: cum eis fiet. Et hoc quidem demonſtratiuum ſignũ
ſalutis ducibus iude: inter gentes illas exiſtentibus erit:
ita ꝙ veritatem cognoſcere incipient. Et in corde ſuo tunc
dicent. Confortentur mihi habitatores hieruſalem in do-
mino exercituum deo eorum. fatebantur enim tunc chriſti
anos vere deum cognoſcere: cum in domino exercituum
deo eorum dicent. Et vos quidem in prophetia ezechie-
lis iam habuiſtis quomodo de neceſſitate eo tempore in
queſo quid ſibi voluit: cū ei dixit. Introduxit me rex in cel
laria ſua. niſi eleuationem raptionemqꝫ beate virginis: per
ſpiritus ſancti effuſionem: ad diuina myſteria contemplan-
da figurare. ¶ Cumqꝫ ibidem dicit. Nigra ſum ſed formo
xxxij. figura. ſa filie hieruſalem: quid ſignificare voluit. niſi ipſam beataꝫ
poſt ſui filij paſſionē nigris indutam: ſub qua nigredine pul
chritudinem ⁊ formoſitatem beatitudinis habere debebat
xxxiij. figura. ¶ Rurſum quando parum infra ait. Indica mihi quem di
ligit anima mea vbi paſcas vbi cubes in meridie. Ipſaꝫ be
atam figurauit querenteꝫ pro ſui in hoc mundo conſolatio
ne poſt filij paſſionem ſue habitationis locum. ⁊ hoc ſecuꝫ
xxxiiij. figura manere deſiderans. ¶ Cuius petitionis reſponſio eſt. Si
ignoras te o pulcherrima inꝰ mulieres: egredere ⁊ abi pōt
veſtigia greguꝫ paſtoꝝ: ⁊ paſce hedos tuos iuxta taberna-
cula paſtoꝝ. Per que verba ad apoſtolos remitiꝰ: qui xpi
xxxv. figura gregis paſtores ſunt. ¶ Nunquid forſan in gremio matris
xpm contēplamur. cum eodeꝫ capi. legimus faſciculus mir
xxxvi. figura. re dilectus meus mihi inter vbera mea cōmorabiꝰ. ¶ Cu-
ius amore ipſe beata inebriata ſubſequenti capi. inquit Ful
cite me floribus: ſtipate me malis qm̄ amore langueo.
xxxvij. figura. ¶ Nonne et ipſam in celo aſſumptā nobis verba illa oſten
dunt capi. iij. dicentia que eſt iſta que aſcendit a deſerto ſi-
cut vgula fumi aromatizata mirra ⁊ thure: ⁊ vniuerſis pul
xxxviij. figura. ueribus pigmētarij. ¶ Volnite deinde cor veſtrum: ad ca.
iiij. ⁊ domus dauid fortitudinem. ſub cuius imperio omnia
regna mundi ſubijciunꝰ: videbitis. qm̄ ab ipſa beata virgi-
ne dependet. Inquit. n. ſicut turris dauid collū tuum edifi
catum cū ꝓpugnaculis mille clypei pendēt ex eo omnis ar

matura fortiū. ¶ Nunquid nō etiā mecū intelligitis. deū xxxix. figura
paulo poſt declarantem virginem ipſam inuiolatā poſt par
tum ꝑmanentē cum ait. Tota pulchra es amica mea ⁊ ma
macula non eſt in te. ¶ Aut ipſam matrē gratie angelo an- xl. figura.
nūtianti reſpondentem nō intelligitis. Ecce ancilla dñi fiat
mihi ſecūdum verbum ſuū: cū capi. v. inquit. Ueniat dilec
tus meus in hortum ſuū: ⁊ comedat fructum pomoꝝ ſuoꝝ
¶ Et cum ꝑ ſpiritꝰ ſancti emiſſionē: immediate poſt cōcipe xli. figura
deberet. Jccirco ſubſequenter ait. Ueni in hortum meū ſo
ror mea ſponſa. quaſi diceret. ꝙ tua habita reſponſione ſpi
ritus ſanctꝰ ſupueniet in te. ex quo ſola in mūdo beata fac-
ta es. ipſo dicente. Una eſt colūba mea ꝑfecta mea vna eſt
matri ſue. hoc eſt diuinitati que in ſe accubabit. ¶ Que xlij. figura
qdem glorioſiſſima mater cū magis a gentilibus ꝙ̄ a iude-
is colenda eſſet. ideo capi. vij. id figurādo inquit. Ueni di-
lecte mi egrediamur in agruꝫ commoremur in villis mane
ſurgamus ad vineas: videamꝰ ſi floruit vitis ſi flores fruc
tus parturiunt: ſi floruerunt mala granata: ibi dabo vbera
mea tibi. quaſi dicat. Poſtꝙ̄ noſtri nos non cognoſcunt.
eamus in agrum. i. ad alienas gētes: ⁊ videamus an ipſas
diſpoſitas inueniemus vt in eas fructum producamus. ⁊ ſi
erit ibi dabo vbera mea tibi: vt eccleſia tua apud eas nu-
triatur. Et cum talis diſpoſitio in alijs gentibus reperien-
da eſſet. iccirco illico talia fatur. Mādragore dederūt odo
rem: ⁊ in portis noſtris omnia poma noua etiam vetera
dilecte mi ſeruaui tibi. vbi notanter dixit etiam vetera. pri-
mo propter iudeos qui in eius aduentu ipſum recepturi
erant. mox pro reſiduis poſt antichriſti bellum ſeruandis.
¶ Demum ſi militantem eccleſiam figurataꝫ inſpicere vul xliij. figura.
tis. matris dei verba capitu. viij. meditādo legite: cum ait.
Soror eſt nobis parua ⁊ vbera non habet: quid faciemus
ſorori noſtre in die quando ad loquenda eſt. Certum eſt

enim ꝙ per ſororem paruam vbera non habentem eccleſiã militantem ſui principio intellexit quando ſcilicet nondum ampliata erat. De qua quaſi ipſa mater beata deum patrẽ allocuta eſſet: interrogatiue inquit. Quid faciemus ſorori noſtre in die quando alloquenda eſt: hoc eſt: quando incipienda ordinandaqꝫ erit. Cui reſpõdens pater omnipotẽs ait. Si murus eſt: edificemus ſuper eum propugnaculũ argenteum: ⁊ ſi hoſtium eſt compigemus illud tabulis cedrinis. ac ſi diceret. Si eccleſia iſta firma ⁊ vt murꝰ fortis erit ⁊ nos ipſam fortificabimus: pulchramqꝫ faciemus. edificando ſuper eam propugnacula argentea videlicet oracula ad diuinum cultum dicata. Si vero hoſtiũ eſt ſcilicet nõ firma neqꝫ ſtabilis ſicut hoſtium. ⁊ nos compigemus eam tabulis cedrinis ad ipſam bene confirmando. ¶ Ipſa autem

xliiij. figura. glorioſa mater ad hec reſpõdens ait. Ego murus ⁊ vbera mea ſicut turres. volens ex hijs ſignificare ipſam eſſe debere murum illum ſuper quo militans eccleſia edificãda erat. necnõ ⁊ vbera ſua turres fortes cuilibet hoſti ⁊ pugnatori fortes reſiſtentes. Ex qua reſponſione aſſerit ipſa virgo ſe factam eſſe coram deo quaſi pacem ⁊ quietẽ reperientem.

¶ Que omnia adimpleta eſſe oculi veſtri vident: ⁊ ſi oculis intellectus videre nolitis. peccatũ enim veſtra: vt propheta ait: inter vos ⁊ deum ſic diuiſerunt: vt ea que pro ſalute veſtra ſunt: capere non poſſitis.

¶ Nonne inter alia ruth mobabitis myſterium animaduertere deberetis: vbi tot miſteria permiſſa fuerunt. propterea quia a ſuis deſcendentibus erat dauid oriturus a cuius radice chriſtus ieſus ſecundum carnem oriturus erat.

xlv. figura Quidqꝫ ſibi voluit iob niſi incarnationis myſterium ⁊ chriſti ſurrectionem figurare. cuꝫ decimo nono capitulo inquit Scio enim ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ in nouiſſimo ſuper terra ſurrecturus eſt. Et rurſum circundabor pelle mea: ⁊

de carne mea videbo deum. quippe dico vobis ꝙ niſi cor-
da veſtra obturata eſſent. verba hec ad veritatem perſcru-
tandam omnino vos obligare deberent. videmus enim de
um in vltimo ad eliphaz themanitem loquentem dicere.
Iratus eſt furor meus in te: ⁊ in duos amicos tuos: quo-
niam non eſtis locuti coram me rectum: ſicut ſeruus meus
iob. vbi ſi de prefigurato myſterio non intellexiſſet: non vi-
deremus dictum hoc poſſe ſuper aliqua veritate fundari.
Nam quemadmodum de ſe mãifeſtum eſt: in toto reſiduo
libri ſui iob peſſime ſe geſſit: infinita vana de deo loqnẽdo.
Et quamuis hec talia myſteria ⁊ eis ſimilia: veſtri cordis
duritie conſiderata: vobis parum prodeſſe videantur. atta
men ab eaꝝ recitatione non deſiſtaz. vt ſi non cum vno cũ
alio ad veritatem contemplandam excitemini.

Nam nemo ſane mentis niſi a perfidia impeditus: poſſet xlvi. figura
viſionibus danielis de chriſti regni non acquieſcere. ſcim⁹
enim per primam capitu. ij. contentam tale myſteriũ ad ple
num demonſtrari. nam de precedentibus quattuor mundi
regnis notitia perfecta aſſignata. quintum aggrediens ait.
In diebus aũt regnorum illoꝝ ſuſcitabit deus celi regnuz
quod in eternum non diſſipabitur: ⁊ regnuz eius alteri po
pulo non tradetur. cõminuet autem ⁊ conſumet omnia re-
gna hec ⁊ ipſum ſtabit in eternũ. O ſtulti ⁊ tardi corde ad
intelligendum ea que a prophetis predicantur. Nonne au
ditis danielẽ dicentem debere deum in diebus romani re-
gni quod quarto loco figurabatur celi regnũ ſuſcitare: aut
non eodem tpe: vt hiſtorie teſtantur: xpi regnũ ſuſcitatũ eſt
Et deinde quẽadmodum ipſe daniel aſſerit: nõ videm⁹ re-
gnũ hoc ꝑpetuari: ⁊ oĩa alia regna mũdi cõminuiſſe: Non
obſtãte ꝙ poſt antichriſti bellum hec abũdantius obſerua
buntur. Tunc. n. vniuerſus mundus teſtãtibus ꝓphetis xpi
regno ſubijciẽt. Pro q̃ ipſe ſaluator noſter mathei vltimo

dixit. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra.

Cũq; ſequitur daniel dicere. Scd̃m qđ vidiſti q̄ de mõte abſciſus eſt lapis ſine manibus: ⁊ comminuit teſtã ⁊ ferrum: ⁊ es: ⁊ argentum: ⁊ aurum. ex hoc dicto modus naſcendi xp̄i figuratur. lapis enim hic xp̄s iheſus eſt q̄ per alios prophetas in lapidem figuratus reperitur. Eſaia. xxviij dicente. Ecce ego fundabo in ſyon lapidem ⁊ reliqua. Per montẽ vero virgo figuratur beata: a qua lapis hic ieſus ſine humão opere. ſed ſpiritusſancti virtute egreſſus ẽ. videbatur enim de monte ſine manibus lapis abſcindi.

Praua iudeorum doctrina

Ut autem fatuitatem veſtram in ſequendo paruam veſtrorum doctrinam facilius cognoſcatis. volo hic de quodam falſiſſimo ſuppoſito: per eos facto in quo error veſter circa omne meſſie myſterium: permaxime fundatur. vobis noticiam tradere. ⁊ ipſius falſitatis demonſtratiuis rationibus; vos dei auxilio certificare. Dicunt enim romanorum regnum a daniele hic in quartum figuratum: ⁊ xp̄i regnum vnũ ⁊ idem eſſe. necnon ⁊ romanũ regnum eẽ in duo regna diuiſum. quia ſcʒ in chriſtianum regnũ ⁊ machomethanum. Ex quo affirmare volunt quintum regnuʒ meſſie hic figuratum nonduʒ ſuſcitatum. ſed adhuc ſuſcitandum eſſe

Cõfutatõ illoꝝ

Cuius ſuppoſiti falſitas ex multis manifeſtatur. Nam xp̄i regnum cum romano impoſſibile ẽ eẽ vnum. Regnũ. n. xp̄i ſm carnẽ a iudeis ortuʒ habuit. quia a bethleem galilee. ⁊ non a romanis. ⁊ vltra hoc priuſq̄ʒ romanum regnum: regno chriſti ſubiugaretur. fuit ab eo varijs perſecutionibus ꝑſecutum: prout multitudo martyrum: qui ſub imperatoribꝰ martiriſati ſunt teſtimonium perhibet. Romanuʒ quoq; regnum mundanum: ⁊ terrenum fuit. armoruʒ vi acqſitũ. xp̄i vero regnũ. ꝓut daniel teſtat̃: celi regnũ ẽ. qđ nõ cũ armis ſʒ ꝑdicatõibus ⁊ miracul'. ſibi alia regna ſubiugauit. ꝑterea romanũ regnũ i regnũ machometanoꝝ diuiſuʒ eẽ ñ potuit.

Cum illud poſt xp̄i regnum ortum habuerit: quo tempore romanum regnuꝫ iam nomen amiſerat: ⁊ chriſti regno ſubiectum erat. ⁊ ſi nouiſſimis diebus ab eo reges deceꝫ a daniele p decem cornua figuratos. ſuſcitandi ſint. Ex quibus antichriſtus egredietur. poſt cuiꝰ debellationē omnia chriſto ſubijcient. ⁊ prophetie conſumatio prorſus tunc erit. ſuper quo ⁊ ipſe daniel capi. vij. vaticinatur cum ſm̄ xp̄i aduentum deſcribit: qui erit ad antichriſti regnum debellādū. de quo ipſe mentionē facit. figurando illud per cornu paruulum: quod de medio decem cornuum quarte beſtie oriebatur. Quod quidem per quintum regnum deſtruendum erat. Inquit. n. Conſiderabam cornua: ⁊ ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum. ⁊ tria de cornubus primis euulſa ſūt a facie eius. Quo loco veſtri rabi ſumme errant figuram hāc xp̄o ihesu attribuendo. fundantes ſe ſuper cornu paruulo a quarta beſtia apparente. Quod quidem dicunt chriſti figuraſſe regnum: quod a romanis ortum habuit: ⁊ ſui principio debile fuit. necnō ⁊ ſuper verbis que circa capituli finem continentur. dicentibus. Et ſermones contra excelſum loquetur. ⁊ ſanctos altiſſimi conteret. que ſuper ihesu verificata eſſe aiunt. qui multa pluralitatem in diuinis denotantia docuit. ⁊ idemptitatem perſonalem dei ⁊ hominis. necnon ⁊ alia plura que contra pharisaicam doctrinam aſſiſtunt. Ex quibus concludere nituntur regnum hoc chriſti: per quintum regnum a daniele viſum deſtruendum eſſe. Quod regnum meſſie veſtri quem inuanū expectatis eſſe fingunt. quoꝝ falſitatē ex eo cognoſcere poteſtis. quia impoſſibile ē ꝙ cornu illud paruū xp̄m ihesum figuraſſet. qui ſm̄ carnē a iudea ortum habuit. Cū illud a quarta beſtia romanum regnum figurante orietur. Preterea daniel de medio alioruꝫ decē cornuū: cornu illud oriri videbat. quod xp̄o aliquo modo attribui non pōt

Iudeoꝝ error.

Confutatio iudeorum.

neceſſe enim fuiſſet: aut poſt decimum romanorum regnū
chriſtum veniſſe. ꝓut rabi leui velle videt᷑: aut ꝙ in eiꝰ ad-
uentu romanum regnum decē reges ſimul habuiſſet. Hoꝝ
autem vtrunqꝫ vanuꝫ eſt dicere: nec locus datur vnde ve-
rificari poſſint. Cunqꝫ dicit daniel. Et tres reges humilia-
bit. quod eſt interpretatio viſionis trium cornuūꝫ. que per
ortū paruuli cornu a facie beſtie de decē cornubus euulſa
ſunt. Quo modo veſtri id in xp̄m verificare poterunt. Nū
quid forte tres tantum reges chriſti regno humiliati ſunt.
Qua inſuper veritate fundantur veſtri: cum dicunt. chri-
ſtum ſermones contra excelſum locutum eſſe. ipſumqꝫ altiſ
ſimi ſanctos conterere. cum oppoſitum de directo in eo vi
ſum ſit. Si autem ſuꝑ hoc myſterio certificari magis vultis
verba immediate ſequentia diligenter attendite. cum inq̄t.
Et putabit ꝙ poſſit mutare tempora ⁊ legem et tradentur
in manu eius vſqꝫ ad tempus: ⁊ tempora ⁊ dimidium tem
poris. dicit enim. Et putabit ꝙ poſſit mutare. non autem
mutabit. chriſtus vero ea que per nouam legem ex antiqua
mutanda erant. mutauit. Huic quoqꝫ ſui appetitus conceſ-
ſioni: limitatum tempus aſſignatur: cum dicitur. Et traden
tur in manu eius vſqꝫ ad tempus: et tempora ⁊ dimidium
temporis. quod quidem eſt ſpatium annorum trium cuꝫ di
midio. Chriſti vero regnum ſcitis duraſſe iam mille qua-
dringentis ⁊ nonaginta nouem annis. ⁊ adhuc in eternum
⁊ in ſeculum ſeculi: teſtante ſcriptura: duraturum eſt. Tem
pus autem ⁊ tempora: dimidiumqꝫ temporis ſpatium an-
norum trium cum dimidio eſſe. per ſacram ſcripturam ple-
riſqꝫ locis certificamur. crebro enim tempus pro ſpatio an-
ni vnius in ea accipitur. Et vos non latere ſcio terminorū
infinitatem qui a doctoribus veſtris ſuper chriſti fidei abla
tione. ⁊ veſtri expectati meſſie ſurrectione per hec verba

calculati ſunt. qui quidem termini fuerunt omnes elapſi iã ⁊ chriſti tamen fides in eternum ſtat. meſſias autẽ veſter nondum venit. Deniq; danielem referentẽ aſpicitis ꝙ ꝓpter vocem ſermonum grandium quos cornu illud loquebatur. videbat. quoniam interfecta eſſẽ beſtia: ⁊ periſſet corpus eius. traditaq; eſſet ad comburendum igni. Quod de romano impio chriſti tp̃e verificatũ eſſe. affirmare minime poteſtis. certum eſt enim: prout hiſtorie narrant: ꝙ per longum tempus poſt chriſti dies romanum imperium permanentiam habuit.

Iudei

Catholica expoſitio

¶ Recedant igitur de praue veſtrorum opiniones a cordibus veſtris. ⁊ cum catholicis chriſtianis dicite. danielem per cornu paruum iniquum antichriſti regnum figuraſſe. quod oriturum eſt quando a reſiduis romani imperij in aliquibus partibus mundi exiſtentibus: inſurgent decẽ reges inſimul: qui per decem cornibus a daniele viſis figurantur. Quod quidem regnum per quintum regnum chriſti: quod diebus quarti regni romani ſuſcitatum iam fuit: deſtruetur. Veniet enim iterum tunc ſecundo chriſtus ⁊ ipſum qui ſuperbia ſua ſe deum faciet. ſpiritu oris ſui interficiet. Quo tempore: vt omnes prophete clamant: prodigia ⁊ iudicia magna in orbe toto faciet. ⁊ poſt illud dabitur ei poteſtas ⁊ regnum vniuerſale. ſ. ⁊ perpetuũ. ita ꝙ apud omnes erit ipſe chriſtus vnus. ⁊ nomen eius vnum. ipſo Daniele dicente. Aſpiciebam ergo in viſione noctis: ⁊ ecce cũ nubibus celi: quaſi filius hoĩs veniebat: ⁊ vſq; ad antiquũ dierum peruenit: ⁊ in conſpectu eius obtulerunt eum. ⁊ dedit ei poteſtatem ⁊ honorem et regnum: ⁊ omnes populi tribus ⁊ lingue ipſi ſeruient. poteſtas eius poteſtas eterna que non auferetur: ⁊ regnum eius quod non corrumpetur Qua quidẽ viſione cõſiderare deberetis. q: dicit ꝙ ille q

cum nubibus celi veniebat. quaſi filius hoīs erat. hic enī
ſm xp̄i aduentum figurauit. qui non proprie filius homīs

Opinio iudeo-rum de eſſentia meſſie.

fuit. ſed apparenter. fuit enim dei filius. Uos autē in con
fuſionem veſtram dicitis meſſiam verum hoīem ex mare ⁊
femina natum eſſe debere. ⁊ ſuper hoc errore fundati ſpre-
uiſtis factorem veſtrum: ⁊ adhuc ſpernitis. vnde quemad
modum hieremias ait: proiecta eſt de celo in terrā inclita
iſrahel. ⁊ ſuper vos alieni capita ſua mouent: factiq; eſtis
in opprobrium omnium gentium. Quo ſtatu permāſuri e-
ſtis vſq;quo miſericordie ſue recordatus deus vultū ſuum
ad vos conuertet: ⁊ illuminabimini: redemptorēq; veſtrū
iheſum: quem confixiſtis: cognoſcetis. quod quidē erit qn̄
antichriſti myſteria conſumabuntur. Quanta igitur gratia
impartiatur his qui iſto interim a deo vocantur. qui habet
intellectum iudicandi iudicet. ego equidē in domino gau
debo: ⁊ exultabo in deo ieſu meo: qui predeſtinauit me in
benedictionem ſuā ſpiritalem. celeſtiſq; vocationis me par
ticipem fecit. ipſe enim eſt deus meus ⁊ ſaluator meus. Jō
q; ⁊ vos omne impedimentum deponentes ad prepoſitū
vobis certamen currite. quo a laqueis per veſtros rabi vo
bis poſitis. cum xp̄o iheſu liberabimini. qui prepoſito ſibi
gaudio confuſiōe contēpta pro nobis crucē ſuſtinuit.

Secūda ps tertie partis.

¶ Et vt ab illorum vinculis liberari facilius poſſitis.
ſtatui cum memoria cauſaꝝ vos a receptiōe baptiſmi deti-
nentium ⁊ earū reprobatione totū compendiū aſtringere.
erit enim hm̄oi ſermocinatio non inutilis. eo quia moralis:
⁊ ſenſibilis eſt: cognitu habilis. He itaq; cauſe ⁊ impedimē
ta nomine ſatane. licite demonia nūcupari poſſunt. que ſm
q̄ experientia docet ad quattuor reducuntur. Et ſunt hy-
pocriſis ambitione fundata. craſſa credulitas fundata in ꝑ
fidia. Auaritia ⁊ ſuperbia. Primo equidem demonio

Primꝰ demon

oēs veſtri rabi ſeruiunt. qui ⁊ ſi ſacre ſcripture ⁊ ꝓphetiaꝝ

proprium habeant intellectum. Sitqꝫ apud eos de chriſtia
na veritate certitudo. relicto redemptore ſuis predicationi
bus cogunt alios in errore ſuo perſiſtere. Pro quibus lo-
cutus eſt hieremias. cum capitulo xxiiij. inquit. Ve paſtori
bus qui diſpergunt: ⁊ dilacerant gregem paſcue mee dicit
dominus. Hi quidem ſunt: qui hypocriſi induti vos de-
cipiendo oſtendunt ſe moſaicam legem perfecte obſeruare
⁊ ambitione pleni vos ſuis fraudibus poſt ſe trahendo pre
dicant vobis non eſſe chriſti legē aliquo pacto audiendum
fundātes ſe ſuper hoc: quia nō eſt deus niſi deus habrahe
deus iſaac ⁊ deus iacob. quaſi chriſtus hieſus deꝰ ille nō
eſſet. aut iſtis patribus notus. Utinā ſic ipſi opera abrahe
facerent. Uos autē o miſeri ab huiuſmodi doctrina pro
ſalute veſtra cauete. Eſt enim deus ori ipſorum prope a re
nibus autem eorum longe. Et vos quidē experti eſtis: q̄a
quamuis ſecundū magis ⁊ minus ſuis operibus caute ꝓ
cedant. impoſſibile tamen eſt: quin a fructibus eorum tan-
dem cognoſcantur. quēadmodū enim chriſtus hieſus de
illis loquendo mathei xxiiij. ait. Super cathedrā moyſi ſe-
dent iſti tales: qui dicunt ⁊ non faciunt: alligāt. n. onera gra
uia ⁊ importabilia: ⁊ imponunt ſuper humeros aliorum di-
gito aūt ſuo nolunt ea mouere. omnia vero opera ſua faci-
unt vt videantur ab hominibus: dilatant. n. philateria ſua:
⁊ magnificant fimbrias: amant aūt primos recubitus in ce
nis: ⁊ primas cathedras in ſinagogis ⁊ ſalutationes in fo-
ro: ⁊ vocari ab omnibus rabi. Uidete quo modo a chriſto
bene deſcribunt̄ hypocriti maledicti. Nunquid non illos
eoſdem hodierna die videtis diuerſos opere a ſermone
vtiqꝫ videtis. Nec dubitat̄ ꝙ ſi id crederēt: quod alijs pre
dicant: tales non eſſent. Sed tanq̄ illi qui ex certa ſcientia
a via veritatis recedūt dediti Satane nihil anime curant.
Unde ⁊ eorum apud alias gentes aſſidua conuerſatio nō

eſt. niſi cum hĳs qui in ſimilem lapſum labuntur. Ve tamē illis hypocritis triſtibus. qui claudunt regnum celorum ante homines; ſuper quibus eſaias capitulo primo clamat. Ve genti peccatrici populo graui iniquitate: ſemini nequā filĳs ſceleratis dereliquerunt dominum. blaſphemauerunt ſanctum iſrahel abalienati ſunt retrorſum. Et micheas capitulo tertio: cum ait. Audite principes iacob: ⁊ duces domus iſrael. Nunquid non veſtrum eſt ſcire iudicium. qui odio habetis bonum: ⁊ diligitis malum. qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis: ⁊ carnem eorū deſuper oſſibus eorum. Eant igitur maledicti in ignem eternum eis repoſitum. filĳ enim perditionis ſunt ⁊ vecordes: ſapiētes

Cautela ꝑ huiuſmodi demonis eucitatione.

ſunt vt faciant malum. bene autem facere neſciuerūt. Vos autem de medio congregationis huius ſeparemini. ⁊ a tabernaculis eorum ne in peccatis ipſorū inuoluamini: recedite. Pedes enim illorum ad malum currunt. quis cōtra ſanguinem ſuum ipſi inſidientur. fraudeſq̄ contra animas ſuas moliantur. Attamen dico vobis ꝙ ex his qui a deo illuminati ſunt: vt veram habeant doctrinam. ⁊ ad chriſtum conuertantur: in ſorte iuſtorum cadunt. qui vero per aliam veniunt viam ſerpentib⁹ peiores ſunt. Benedictus dominus: qui non dedit me in captionem dentibus eorū: ⁊ me qui inter illos enumerabar ab omni opere malo liberauit: quem pro vobis humiliter oro vt animas veſtras de laq̄o talium venantium eripiat. ⁊ ipſas ſua miſericordia in chri-

Secūd⁹ demō.

ſto ihesu ad ſuam gloriam vocare non dedignetur. Necnō ⁊ ab ore ſecundi demonū vos eruat: quod quidem ſub ſpecie boni vos ſeducendo in veteri lege. qua viuitis; vobis ſalutē pollicet. Hoc vtiq̄ eſt illud qđ ſuper lr̄as habentes mediocres: dominium vt plurimū habet. qui vlterius non ſcrutātes doctorū dictis acquieſcunt. putantes illos ſine

dolo procedere: ⁊ conſequenter alijs veritatem predicare Quo etiam errore maior pars vulgi viuit. Super his quidem locutus eſt hieremias capitulo. v. cuꝫ ait. Audi popule ſtulte qui non habes cor qui habens oculos nō videtis: ⁊ aures ⁊ non auditis. Me ergo nō timebitis ait dominꝰ ⁊ a facie mea non dolebitis. Pro talibus quoqꝫ hieſus in cruce orauit: cum inquit. Pater ignoſce illis: Quia neſciunt quid faciūt. Eſt enim ſepta iſta inter alias minus culpāda: cuꝫ non ex certa ſcientia ſicut prima ſed ignorantia pec cet. immo ⁊ hi cum chriſtianis minus vitioſe alijs conuerſantur. Unde ⁊ eis magis compatiendum eſt. Et ſi vultis recipere dicaꝫ vobis ꝙ pro hijs: preſens opus pͥcipaliter dicaui: vt eo mediante a caligine ignorātie qua obtenebrati ſunt: illuminentur. ſunt enim iſti ad veritatem cognoſcendam magis alijs diſpoſiti.

De remedio cō tra ipſum.

¶ Quamobrem pro eorum ſalute verba mea meditando legant: eaqꝫ tanquam veritatem querentes omni paſſione ſe cluſa medullariter perſcrutentur. Quod ſi facient: non dubito quin ipſorum doctorum prauitas eis manifeſtetur. ⁊ ſacre ſcripture ītellectus verus chriſti fauore prout ⁊ mihi reueletur: ita ꝙ me omni impedimento deducto derelicta perſidia imitabuntur.

Tertius demō

¶ Rurſum aliud eſſe in vobis demonium animaduerti. quod quidem auaritie vitio temporaliumqꝫ bonorum cupiditate vos a ſalute tollit. Sub cuius dominio quāpluri mi ſunt qui ab aliquo tepido ſpiritu commoti: coniecturari videntur: ⁊ aliquibus diſcurſibus quodammodo cognoſcere: chriſtianam eſſe fidem qua quilibet ſaluari pōt. ⁊ victi tamen a prauo ſpiritu ⁊ demoniaco iſto: mallēt ocius cū ſuis bonis. in perditionē labi ꝗꝫ ſine illis poſt mortem viuere. loquitur enim ad eos demon dicens: Quia impoſſibile eſt cuꝫ paupertate vitam eternam poſſidere. Et ꝙ caueant

ne chriſtianoꝝ promiſſiones eos ſeducant: multa eniꝫ ante factum cum nullo poſt factum effectu ſepenumero eis pollicentur. ¶ Quanta autem iſtorum inſania ſit: cuilibet recte iudicanti facillime patere poteſt. Nam huiuſmodi demonis doctrina: ⁊ veteri ⁊ noue doctrine immo ⁊ philoſophie contrariatur. Scimus enim apud omnes de per ſe notum eſſe: ꝙ magis perfectum minus perfecto preponenduꝫ ſit. nec philoſophus ſuperfluas laudat diuitias: ſed in extremo vitio illis locum aſſignat. Uidemus enim ipſum vt in ethicis patet felicitateꝫ ⁊ bonum in contemplatiua vita collocare. Non obſtante ꝙ in infinitis locis a ſacra ſcriptura moniti ſimus: ⁊ cauti facti: ne a tali demonio vincamur. Nunquid non memores eſtis ſalomonis qui diuitias ſpernens: ſapientiã duntaxat a deo patre: regum tertio. capitu. iij. poſtulauit: Et dauid ſpiritu gratie pleni: qui in omni vita ſua diuitias in perfectionis anime comparatione in nihilum reputauit: Nonne verborum eius pſalmo li. recordamini: cum increpans malum inquit. Propterea deus deſtruet te in fineꝫ euellet te: ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: ⁊ radicem tuam de terra viuentium: ⁊ videbunt iuſti ⁊ timebunt: ⁊ ſuper euꝫ ridebunt: ⁊ dicent. Ecce homo qui non poſuit deum adiutorem ſuum: ſed ſperauit in multitudinem diuitiaruꝫ ſuarum ⁊ preualuit in vanitate ſua: Super hijs quoqꝫ loquitur ieſus marci. x. cum ait. ꝙ difficile eſt confidens in pecunijs in regnum dei introire. Mementote obſecro: quoniam: queadmodum apoſtolus paulus ad thimotheuꝫ prima capitulo vltimo teſtatur: Nihil intulimus in hunc mundum: nec auferre aliquid ab ipſo poſſumus: Habentes autem alimẽta ⁊ quibus tegamur his contenti ſumus. Et qui volunt diuites fieri inteptationem ⁊ laqueum diaboli incidunt: ⁊ in deſideria multa nociua que in interitum ⁊ perditionem homines mergunt ra

dix enim omnium malorum eſt cupiditas. quam quidem appetentes: neceſſario in fide erant. Vos autē ſi homines dei eſſe vultis: hec fugite Sectamini vero bonum certamē fidei vere ieſu chriſti: ⁊ apprehendite vitam eternam: ad quam prius alijs vocati eſtis. Et cum hieremia capitulo. nono dicite. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua: ⁊ non glorief fortꝫ i fortitudīe ſua: ⁊ ñ glorief diues i diuitijs ſuis Sed in hoc glorietur qui gloriatur: ſcire ⁊ noſſe me: quia ego ſum dominus qui facio miſericordiam: ⁊ iudiciuꝫ: ⁊ iuſtiam in terra. Et q̄uis bonorum amiſſio abſqꝫ eorum recuperationis certitudine difficile non parum ſit. egeſtaſqꝫ ⁊ paupertas preſenti vita amariſſima. in nihiluꝫ tamen id exiſtimandum eſt in reſpectum boni anime quod timentibus deum reſeruatum eſt. Non obſtante ꝙ ſi bona veſtra chriſtuꝫ ſequendo derelinquetis: eſto ꝙ promiſſa vobis nō obſeruentur: adeſt hieſus qui dicit vobis: Centū pro vno accipietis. qui ſi retribuet vobis: ⁊ abundare vos faciat: cognoſcite: quia ab ipſo procedit: ⁊ tanto magis in eius amore cōfortamini. Si vero res non ſic procedere videatis: caucte ne quando in ſcandalum incidatis cogitando cogitationes malas: Vos enim neſcitis quid petatis: ipſe autēꝫ bene ſcit quid vobis magis expediens ſit. ⁊ vos tunc conſiderate: ⁊ cum hoc cōſolamini: quoniaꝫ filius hominis non habuit vbi caput ſuum reclinaret. Quam conſiderationem in mente veſtra continue habeatis. Nam qui chriſti vitaꝫ cōtemplatur: ⁊ ipſam imitari nititur: in eternum non peribit. Qui autē ab ea recedunt: ⁊ pro vanis certa relinquunt: regnum celorum intrare non poſſunt. ⁊ pro eis locutus eſt ſalomon eccleſiaſtis quinto cuꝫ ait. Eſt ⁊ alia infirmitas peſſima quam vidi ſub ſole diuitie conſeruate in malum domini ſui. necnon ⁊ philoſophus ethicorum primo cum inquit. Jam enī quidam perierunt propter diuitias. Querentes

vero dominum non peribunt in eternum. Quem quidem ſaluatorem meum laudabit anima mea; quoniam factus eſt adiutor et protector mihi: et me a perditione liberauit. Sit igitur nomen eius benedictum: et maieſtati ſue laus et gloria qui ambulare fecit pedes meos iter rectum et in iuuentute mea neque hoc neque quartum demonium curaui.

¶ Quod quidem ſuperbie vinculis vos in cecitate detinet hoc enim eſt quod ſua inſipientia quādo quis veſtrum mē tem ad ſelutem dirigeret: illum diuertendo confeſtim in corde eius talia verba mouet. Quid tibi cum chriſtiana religione o miſer: in qua et ſi anime beatitudinis certamen haberetur: infinitas ſpecies deluſionum inuenies: quibus ab ipſiſmet chriſtianis deluſus eris. Primo enim tue conuerſionis cauſas chriſtianus perquirere vult. quas ſi niſi perfectas inuenerit: eſto quod hilari et iocundo aſpectu pro tunc te aſpiciat: continue tamen de te ambiguus erit: nec ſe reſoluere ſciet: an odio vel amore dignus ſis. Cumque palam aut clam tui ſermo fiet: non aliter quam de ſuſpecto homine erit reſolutio. Necnon pro eo quod a iude ſanguine veniſti quam pluri mis calumnijs atque opprobrijs cunctis diebus vite tue ſubiectus eris. Nam ſi chriſtiana vita viuere conaberis illico cum hypocritis alios decipere querentibus enumeratus eris: caputque poſt te mouebitur: ore dicente Nunc tibi credo minus. Si vero non ea obſeruatione ſed magis libere procedes: ſtatim de te murmurabitur: et reus chriſtiani nominis condēdaberis. Et dato quod merito chriſtiane gratie tibi conceſſe: nō poſſint opera tua niſi laudari. Attamē quacunque occaſione data vnicuique pro proprio intereſſe. cōtra te os ſuum aperire licebit: vt dicat te omnino iudeorum naturam ſapere: ita quod te et opera tua iudicare nunquam ceſſabit: de quocunque illorum dicendo quod propterea chriſtianam fi-

dem ſectatus ſis:preſupponēdo ſemper te nullo pacto pro prio fine chriſtianam fidem ſumpſiſſe. immo dicere audet ꝙ ille qui ſue ſecte fidelis non eſt: aliena fide perfectus eſſe non poteſt. Et hac opinione fundati: dictum hoc in prouerbium verterunt: dicentes ꝙ nunꝗ̄ iudeus fuit bonus chriſtianus. Quapropter erit vita tua quaſi pendens ante te: eris quoqꝫ ſtupens ad terrorem eorum que videbunt oculi tui. Non obſtante enim ꝙ ipſe colligat te: ⁊ tuis neceſſitatibus ſuccurrat: ſi tui deus miſertus fuerit: ita q̄d benedicat opera tua: teqꝫ bonis abundare faciat: tali modo ꝙ ad ſua ſeruitia conſtitutus: ſicut tempore egeſtatis non fueris: tunc apud eum chriſtiano nomine amplius non vocaberis: quaſi de diuitijs non ſit ſimilis lex ſibi tibiqꝫ. Ad honores inſuper ⁊ dignitates te chriſtianus non admittet: Dicit enim Nunquid iudeus ſuper nos dominabitur: nec etiam virtutes tue: ⁊ alia dona tibi conceſſa: apud eum tanti erunt vt quibuſcunqꝫ agendis negocijs tua recordata origine quicꝗ̄ valeant. Semper enim omnium ſermonum cōcluſio eſt: quia de hebraico ſemine ortus eſt iſte. Et hoc ſono in auribus eorum reſonante ſic obſtupeſcūt: ac ſi nihil turpius nihil onerabilius audiri poſſit. Unde ⁊ chriſtianā hodierno die religionem petere: nil aliud eſt: ꝗ̄ chriſtianis ſe odioſum reddere: Et tu: propter calumnias quas continue ſuſtinebis: tua durāte vita ea fide abiectus ⁊ pauidus eris.

De r̄medio cōtra ipſum.

¶ Talibus igitur perſuaſionibus ⁊ eis ſimilibus o miſeri demon iſte vos a ſalute tollit: ⁊ facit in ꝓfundum abiſſi p̄cipitare. Quod ſi ſermones meos ſuſceperitis: guſtaueritiſqꝫ rationes meas: nō dubito cūctas has ꝑſuaſiones in nihilū reputabitꝭ. Nā ſi p̄dicta ſeu ipſoꝝ aliqua tēpeſtate hac verificari videanꝰ a vobis primo ꝓceſſiſſe omnino ꝯcludēduꝫ

eſt. deſtructores enim tui: ⁊ diſſipantes a te ipſa exiuerunt. Mementote obſecro multitudinis eorum qui chriſtianam fidem ſponte ſectati ſunt. de quibus bona ſperabatur vita: ⁊ tandem non tantum iudaice. ſed diabolice vixerūt. Fuit quippe ipſorum ritus adeo abominabilis: ꝙ non modo aliorum conuertentium ſuſpitionem cauſauerunt. Sed ⁊ antiquos ſanctos: qui de iudea gente deſcenderunt. quodā modo inficere viſi ſunt. Fuitqꝫ praua eorum vita in cauſa vt ipſi ⁊ qui inuiti ad chriſti fidem venerunt: Pari nomine marrani nuncuparentur. Cum omnibus tamen hijs nō ſtat. vt hij qui conuerſi catholice viuunt: apud veros ⁊ bonos doctoſqꝫ chriſtianos grati: vt decet: non recipiantur. Poſſum eteniꝫ egoipſe ſuper hoc teſtimonium perhibere. Si vero apud aliquos id minime obſeruetur. ſed potiꝰ demonis verba verificari videant̄: illi profecto in ſorte malorum: ſeu ignorantium cadunt. Non enim ſciunt ſeu recordari nolunt. quoniam nulla inter te ⁊ ipſos differentia exiſtit. niſi ſcripturaruꝫ interpretatio. ⁊ quia fides ſua. que tua dici deberet. a tua parturita eſt. Scimus enim ꝙ in iudea ortus eſt chriſtus mundi ſaluator. Unde ſi tu iudeus ipſū queris: tanquā tuum verum ⁊ proprium redemptorem ipſum queris. Nunquid non per prophetas iudeis primo et principaliter promiſſus eſt chriſtus. aut ipſūmet ſaluatoreꝫ Johannis. iiij. dicentem. Non audiuimus. quia ſalus ex iudeis eſt. Et Marci. vij. iudeos filios appellare. gentileꝫ vero canem non videmus. cum ait. Sine prius ſaturari filios non eſt enim bonum ſumere panem filiorum: ⁊ mittere canibus. Nonne inſuper apoſtolum paulum ad romanos p̄mo predicantem legimus. Uirtus enim dei eſt in ſalutem omni credenti: iudeo primum ⁊ greco. Et ad theſſalonēſes ſcdo. Uos em̄ imitatores facti eſtis fratres eccleſiaruꝫ dei que ſunt in iudea in xp̄o iheſu. Ad qd ergo oportet tue cō

uerſionis cauſā chriſtianum inueſtigare; niſi pro non recte
venientium cautela. Tu autem qui ſolum vt poſſideas vi
tam eternam: baptiſmum queris. ſi aliqui chriſtiani tui per
fecte non reſoluantur. non cures. ſufficit enim tibi vt ille q
te ad ſe vocauit ieſus noſcat te. Ante cuius tribunal oīa
recte iudicabuntur. opera quoq; tua ſi fidelia erunt. aliquo
chriſtiano ipſa in malam partem iudicante. noli expaueſce-
re. ipſe enim nō poteſt: niſi que oculo patent: iudicare: ⁊ tu
ſcias ꝙ pater tuus qui videt in abſcondito ipſe reddet tibi
Calumnias inſuper ⁊ opprobria: murmurationeſq; ſi mun
di corde eritis. non exiſtimetis. Omnia enim hec ad veſtrā
perfectionem faciūt. vt in dei regno digne habeamini. ieſu
dicente. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines. ⁊ p
ſecuti vos fuerint. ⁊ dixerint. Omne malum aduerſuz vos
mentientes propter me. Gaudete ⁊ exultate quoniā mer
ces veſtra copioſa eſt in celis. Quapropter ⁊ vos omnia
hec patimini nemini dantes vllam offentionē. vt non vitu-
peretur myſterium veſtrum; ſed ī omnibus exhibeatis voſ-
metipſos. ſicut dei ſeruos; in multa patientia: tribulationi-
bus: in neceſſitatibus ⁊ anguſtijs; ⁊ laboribus. ⁊ in chari-
tate non ficta: in calumnijs ⁊ contumelijs. cum verbo ve-
ritatis ⁊ virtute dei. Et dico vobis ꝙ intantum minus he
contumelie curande ſunt. inquantum earum plurime: in vi
lipendium illorum: qui ad chriſti fidem conuertuntur: a iu-
deis ortum habuerunt. ſolent enim chriſtianis aliquem cō
uerſum laudantibus. ſepenumero reſpondere. nunquam iu
deus fuit bonus chriſtianus. ⁊ ꝙ ille qui ſuam derelinquit
fidem: non poteſt alteram recte obſeruare. Ipſorum autē
dictū q̄ ad vtrāq; ptē māifeſte falſū exiſtit. infiniti. n. ad xpi
fidē iudei venerūt: q inter catholicos ⁊ ſanctos enumerati
ſunt. In ſorte quorum anima mea cadat. Pari quoq; mo
do ⁊ mutatio de malo in bonum. et de bono in meli⁹ apud

omnes laudatur: precipue vbi de anima agitur. Eodez vti
q̃ argumento abraham qui vitam patris recuſauit: ⁊ deo
adheſit: condemnari poſſet. Necnon et apoſtoli. ⁊ alij chri
ſtum ſequentes: gentileſq̃. Quamobrem in redemptorem
veſtrum confidite. nam ſi perfecti chriſtiani eritis corde: et
pro poſſe opere: ⁊ ſermone neminem talium curare debe-
tis. Nunq̃ enim lingua dolaſa poterit tunc nocere vobis
Utinam non plus ſibipſis nocerent. qui de omni verbo o-
cioſo quod locuti fuerint indigne contra vos: habent red-
dere rationem in die iudicij. Si autem pro mala ſorte ve-
ſtra mens ab opere ⁊ verbo diſſona eſſet. ve capitibus ve-
ſtris. Nunquid putatis ante faciem dei abſcondi. qui ſecũ-
dum corda veſtra retribuet vobis. Et ſi ceci a peccato di-
ceretis. Sufficit nobis homies decipere. id minime creda-
tis. Nihil enim eſt opertum: quod non reueletur. Necnon
⁊ ſicut facta bona manifeſta ſunt. ſic ⁊ que aliter ſe habent
abſcondi non poſſunt. Quamobrem talibus aliquo modo
aſſimilari nolite. qui enim in ouile per oſtium nõ intrat fur
eſt ⁊ latro. Et dato q̃ ad dignitates: ⁊ honores a chriſtia-
nis admiſſi non ſitis. quid ad vos. iſta quidem vana ⁊ nul
lius momenti ſunt. ⁊ quãuis in hoc ipſi moſaice procedãt:
qui alienos ad fidem ſuam venientes ꝑ aliquod temp⁹ ad
dignitates ⁊ honores non admittebat. forte q̃ permiſſio
dei eſt: ne eleuetur cor veſtrum: ⁊ obliuiſcamini ſui: ⁊ eſſet
vobis in ſcandalum. Sed vos ab ipſo diſcite: qui mitis et
humilis corde eſt. ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris
Beati enim ſunt qui mites et pauperes ſpiritu ſunt: quoni
am ipſorum eſt regnum celorum. cui huius mundi regnuz
equiperari non poteſt. Hoc quidez cucurbite: que ſub vna
nocte naſcitur: ⁊ ſub vna nocte perit aſſimilatur. Illud ve
ro ſempiternum eſt: quod nunq̃ commouebitur. Uos ita

ꝙ ab iſtis cogitationibus vanis tollite. ⁊ que anime ſunt: curate. Nunquid forte pro illis baptizamini: abſit a vobis Nec turbet vos ꝙ chriſtiani in rebus agendis locum veſtrum vobis non aſſignent: ⁊ ꝙ recuſent vos veſtra conſiderata origine tanꝗ viliores: ⁊ infirmiores ipſis. Naꝫ qui hoc faciunt: non conſiderant: quoniam aduocatam ſuam ſpernunt virginem ſcꝫ beatam. que iudea fuit. necnon ⁊ apoſtolos: aliaſqꝫ fidei columnas ſpernunt. Et ꝙuis iudei ꝓpter peccatum contra chriſtum commiſſum hec pati merentur. Non tamen qui ad fidem cōuertuntur. tali legi ſubiecti ſunt. Hi enim ⁊ per vetus ⁊ nouum teſtamētum alĳs chriſtianis ad minus equales ſunt. teſte Eſaia q capitu. lvi ait. Et non dicet filius aduene. qui adherebit domino dicens. Separatione diuidet me dominus a populo ſuo. Et ipſomet ſaluatore mathei. xx. i parabola patriſfamilias. qui miſit operarios ad vineaꝫ. cum ait. Sic erunt nouiſſimi ꝓmi: ⁊ primi nouiſſimi. Necnon ⁊ ipſo apoſtolo. ad Galathas tertio. qui dic. Omnes enim filĳ dei eſtis propter fidē que eſt in chriſto ihesu: quicunqꝫ enim in chriſto baptizati eſtis: chriſtum induiſtis. Non eſt iudeus neqꝫ grecus: non eſt ſeruus neqꝫ liber: non eſt maſculus neqꝫ femina. omnes enim vos vnum eſtis in chriſto ieſu. Et adhuc his qui nobilitati verſantur: nonne notum eſt ꝙ ante chriſti paſſionē nulla erat gens nobilior iſrahelitica: quā ab initio deus ſibi in ſpecialem elegit. Alie enim gentes idolis ſeruiebant. Notus autem: vt pſalmus cantat: ſemper in iudea fuit dominus: ⁊ in iſrahel magnum nomen eius. Et intantum dilexit vos ꝙ myſteria plurima adhuc ſeruauit. vt reliquias veſtras ſaluas faceret. Si quis preterea veſtrum de ſtirpe regali de ſanguine virginis deſcenderit. Quis enim ſimilis ſibi in nobilitate erit. Nec obſtat: quia tui preteriti ſeu preſentes nō fuerunt: nec etiam ſunt: per gratiam. ſicut

tu vocati. Semper eniꝫ chriſti fides a ſui primordio ſic proceſſit. ieſu mathei. x. dicente. Ueni enim ſeparare hominē aduerſus patrem ſuum: ⁊ filiam aduerſus matrem ſuam: ⁊ nurum aduerſus ſocrum ſuam. Et hoc ideo: q: ſpiritus vbi vult ſpirat. Talis igitur differentia inter fideles vnde naſcatur: neſcio neqꝫ arbitror ꝙ alicuius momēti ſit. Scimus enim ꝙ non eſt acceptio perſonarum apud deum. Jdcirco ⁊ vos ex his non conturbemini: ſed quilibet veſtrum a via ſua mala recedat: ⁊ deum oret: vt ſuū illuminet intellectū ita ꝙ veritatis viam agnoſcere poſſit: ⁊ agnita cuſtodire.

Ephilogatio. ¶ Sed vt ad id vos diſpoſitos reddatis: hypocriſim perfidiam auaritiam atqꝫ ſuperbiam a cordibus veſtris remoneatis. Quod ſi facile facere vultis: euangelia legite: que oīa hec ꝑfecte vos facere docebunt: Et ſi crederem vos ipſa libēter recipere: libentiſſime in hebraicum vobis traducerem. Nam me certum reddo ꝙ ſi eorum verba guſtaretis: in lumine ipſoruꝫ lumen videretis. Ex eis enim verificationis prophetiarum de meſſia loquentium in chriſto hieſu certitudo inuenitur. Ex cuius verbis ⁊ vita maniſeſte cognoſcitur: quia cuꝫ humanitate fuit in eo diuinitas coniuncta. Impoſſibile enim eſſet a ſimplici homine poſſe talis audiri aut videri. o diuina maieſtas quis ad profundum ſermonuꝫ eius deſcendere poſſet: o abſoluta bonitas quis mirabilē ⁊ ꝑfectiſſimā vitā ſuaꝫ perfecte deſcribere ſciret. nemo quippe. Aut forte ad id coactus venit xp̄s: Nūquid non ſi voluiſſet paſſiones cunctas: quas paſſus eſt: ⁊ mortem fugere potuiſſet: vtiqꝫ potuiſſet. niſi ꝙ voluit pro mūdi ſalute pati: moriqꝫ: prout ꝓphetie ꝑdixerāt: quas quidē vos ceci a peccato recte intelligere nō poteſtis. naꝫ quānis cūctas eſſe cōſumatas indubitate videamꝰ. Nōne ad minus deberent corda vr̄a excitari vt veritatē inueſtigarēt

ad infinitiſſimam multitudinem ſactorum: qui exprẽto mū
do: tot diuerſa martyria: totqꝫ horrenda genera mortis: ꝓ
christo ihesu ſuſtinere voluerunt. Quis enim compellebat
iſtos id pati: niſi ardor ſpiritus ſancti in eos infuſi: per quē
ad beatitudinem vocabantur: putatis ne forte ꝙ tanta ho-
minum multitudo inter quos magni reges: ⁊ principes in
teruenere: fuerit inſanita. Taceo infinita: ⁊ indicibilia mira-
cula per christum facta: ac etiam per iſtos ſanctos in nomi
ne eius: que poſt eius mortem a vobis ad ſuos fideles trāſ
lata ſunt. Et vos litteris priuati: qui ex dictis veſtrorum ra-
bi crebro iſta repellitis: dicētes ꝙ īpoſſibilia: ⁊ nature re-
pugnare videntur: cur hoc eodem argumento non repel-
litis ea que ante christi aduentum veteri lege ſcripta repe-
ritis. non enim illa magis iſtis ab hac petitione abſoluũtur
Sicut ergo illa creditis: ſic ⁊ iſta pro ſalute veſtra credite.
Nā ſi illa vera ſt. vtiqꝫ ⁊ iſta vͣa ſūt. Fuerūt. n. illa facta vt
ad iſta vos diſpōerēt. idcirco his credite ⁊ ñ rabi vr̃is. q do
loſe mendacium predicant vobis: necnon ⁊ iacture veſtre
credite qui poſt peccatū veſtrum in christū dati eſtis in p̄-
dā ⁊ cōculcationē oibꝰ gētibus eſtiſqꝫ in opprobriū omniū
⁊ rapinā ⁊ nō eſt qui eruat. quis eniꝫ dubitat ꝙ ſi deus vo
biſcum eſſet. res aliter procederet. nōne fuerunt omnia iſta
a prophetis vobis predicta vtiqꝫ fuerunt. Et ego qui non
ſum ex illis qui poſt receptioneꝫ baptiſmi vos perſecuti ſūt
Sed volui memetipſum formam dare vobis ad me imitā-
dum. Decreui hec vobis dirigere: non vt chriſtianis vos
odioſos redderem: ſed vt vos ſaluos faciam. Chriſtus eñ
non docet me vos a fide repellere. ſed ad ipſam vocare. nā
cum omnibus inquinamentis veſtris voluit vos ſaluos fi
eri: non damnari. Et non credatis cogitatiōes veſtras me
ignorare. que aduerſus me poſt conuerſionem meam ꝑ ali
quot annos fuerunt: quia vobis perſuadere nequiueratis

adusum, Magri [illegible] ordis sti Aug.



me tantūmodo: vt vitam eternam poſſiderem: chꝛiſti fidē ſectatum eſſe. Poſtq̄ autem de hoc iam certificati eſtis: videtiſqꝫ me ieſum deum meum toto coꝛde meo: ⁊ tota anima mea diligere. Cur me non ſequimini; preſertim cum oſtenderim vobis me fundamentaliter ⁊ bene reſolutum ipſum diligere. Recedite igitur recedite: exite inde. quia non eſt ibi animabus veſtris requies. ⁊ ego quidem ſaluatorē meum oꝛare non ceſſabo: vobis per gratiam preuenire: vt vos ſaluos faciat: non dedignetur. mihi quoqꝫ auxilium p̄ſtet: vt poſſim vſqꝫ in finem ſine crimine perſeuerare: concedatqꝫ pro perfectione mea: ⁊ alioꝛum ſalute: vt ſic opere ⁊ ſermone ſibi ſeruiam. ſicut coꝛ meum rectum eſt cum eo: cui honoꝛ ⁊ gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Impreſſuȝ Rome ꝑ venerabilē virū mgr̄m Euchariū Silber: alias Franck alamanū. Anno Jubilei. M.ccccc. Die vero decimaquarta menſis Maÿ.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

JOANNES BAPTISTA

IBER DE CONFUTATION
HEBRAYCE SECTE

Sala
Gab. R
Est.
Tab. 10
N.º 3